



69

52






Bibl
Vg
26
Rom
 1. Melanthonis s. phil.
 explicatio proverbiorum
 Salamonis, Wittem-
 bergae. 1559.


2. Meditationes sanctorum
 Patrum, Marpurgi
 1569


p. Salomo
 3. Melanthonis s. phil.
 Proverbia Salamonis
 Francofurti, 1579.

Hc. 1097









PROVERBIA

SIVE SENTENTIAE SAPIENTISSIMI

MORTALIVM SALOMONIS,

è veritate Hebraica, fide & religione

summa, in Latinum, per Philippo

pum Melanthonem, translatae.

Salomon

Libro

(F)

(E)



Fol

4453

FRANCOFORTI.

Anno M. D. LXXIX.



LIBER AD LECTOREM.

IACOB. MICYL.

*Non minium, spiróve crocum, non pumice rásus,
Candida de veterum cornua more gero.
Mendaces siquidem decet ista superbia libros,
Seq̄ peregrina vendere mundicie.
Nudus ego superas volui prodire sub oras,
Dummodò sim verus, sat puto cultus ero.
Non ausos recito cœlum sperare gigantes,
Nec Iouis in turpi nugor adulterio.
Quid faciat castos mores, quid pectora sana,
Quò veniat dignè vita gerenda modo.
Hec ego suscepi lector studiose docenda,
Hic scopus, hac nostri summa laboris erat.
Hec quondam vt posset regina audire Sabæa,
Venit ab Austrino scœmina vecta polo.
Tantus erat virtutis honos, ea gloria recti,
Inunc & croceis vendere muneribus.*



ARGUMENTVM LI- BELLI SOLOMONIS.



Ententia, in omnibus vo-
big, linguis breuia qua-
dam praecepta, seu leges
sunt, de communibus
moribus, aut casibus. Ut
sunt apud Graecos γυνώ-
μα, χρεῖα, κρισεις. Sūe
autem referenda in com-
munes locos, hoc est, formas virtutum, vitiorum,
praemiorum, poenarum, & similes. Quemadmo-
dum latinas sententias digerere possis. Ad amici-
tiam pertinet: Amicus certus in re incerta cerni-
tur. Ad beneficentiam: Beneficium accepit, qui
digno dedit. Ad experientiam: Discipulus est prio-
ris, posterior dies. Si ad hunc modum Salomonis
sententias digesseris, nonnihil lucis accedet. Inter
est autem aliquid inter prophanas Gnomas, &
Propheticas. Quaedam enim propheticae de fide,
timore, cruce, Dei voluntate, propositae sunt. Qui-
bus de rebus nec iudicare hominis ingenium po-
test, nec extat in prophanis literis, quod quadret
ad has. Est q̄, in his pietatis seu religionis caput.
Humana ratio docet nostra prudentia fidere, re-
ligio à nostra prudentia ad Dei voluntatē, & pro-
missiones

ARGUMENTVM.

missiones reuocat. Humana ratio decernit afflictiones nobis exitio esse. Religio docet crucem etiam esse optabilem, Sicut inquit Salomon: Diligit Deus quos corripit. Et Paulus: Ideo castigamur, ne cū hoc mundo damnemur. Qui verò libertatem humanæ voluntati tribuunt, & carnales iustitias Christianam iustitiam esse iudicant, ex Christianismo planè humanam quandam Philosophiam faciunt, quod prorsus impium est. Itaque in propheticijs sententijs aliæ ad Legem, aliæ ad Euangelium referendæ sunt. Sunt enim Evangelia, omnes Gnomæ, quæ promittunt gratiam, & iubent Dei benignitate fidere. Leges sunt, quæ minantur impijs pœnas, vel mores emendant. Et in his pleræq; sunt, quæ continent communes casus, videlicet, amicos ferè fidem fallere, garrulos esse vitandos, non minore negocio partam conseruari, quàm parari rem: hoc genus sententias τωδλιτικὰς voco, & ad τῶαὶδ' ἀγῶνιῶν pertinent, atque his adscripsi Gnomas ex prophanis literis, vt clarius intelligerētur cum illis collatæ. Nam de his communibus casibus humana ingenia iudicare possunt, vicit enim experientia, vt raras esse fidas amicitias pronunciarent, vt docerent vix quinquam esse sua sorte contentum, & hoc genus aliæ. Euangelicis verò illis non adscripsi prophanas vllas sententias, ne viderer miscere sacra prophanis. Et ferè ibi rationis iudicium fallitur, vt an-

tea

ARGVMENTVM.

rea dixi. Utinam autem, quemadmodum Salomon & pedagogiam docet, & Euangelium, ita nostri concionatores utrunque proponant Ecclesie. Nam cum Paulus ait, legem esse iniustis positam, & legem esse τὰ αἰδ' ἀγωγῶν, exigit ceriè iustitiã operum, & vult frenari, ac coherceri carnem in omnibus, tametsi negat eam esse iustitiam Dei, & vocet alicubi σκῦβαλα. At hac pedagogia, tanquam carcere oportet septos esse eos, qui, sicut Paulus ait, adhuc sub tutoribus sunt, & tanquam nondum in tutelam suam venerunt. In primis autem hoc præstent hi qui pueros instituunt, vt ita Euangelium, hoc est, doctrinam fidei tradant, ne hanc pedagogiam negligant. Quoties enim hoc præcipit in his sententijs Spiritus sanctus, virga pueros & stultos cohercendos esse. Sed pleriq; dum priuatim impurè viuunt, & pro concionibus auri-
bus impie multitudinis seruiunt, ita tra-
ctant Euangelium, vt nihil mi-
nus quàm Christum
doceant.

Prouerb. 1. 9. Eccles. 1. & Psal. 110. cap.

Aetherei metus est sapientia vera parentis:
Felices quorum cordibus ille placet.

PROVERBIA

SENTENTIAE SO-
LOMONIS.

Titulus
operi addi-
tus est, cū
propositio-
ne coheret,
vt apud
Thucydide,
Θυκυδίδης
ἱστορίας
ἐπιπέμω
ἔστιν ἡ
ἐπιπέμω
ἐπιπέμω
ἐπιπέμω



Propositio
autem sub,
monet quæ
sit vis, quis
usus verbi
Dei κεφα-
λαίον
operis. Hu-
mana sapi-
entia docet
fidere no-

SOLOMON Davidis fili-
us, Rex Israëlitarum, senten-
tias conscripsit, vnde discan-
tur sapientia, castigatio, in-
telligentia, prudentia, iu-
dicia, ius & rectum, vnde & calliditatem
imperiti, & pueri scientiam & consilia
petant.

Sapientes, vbi audierint, promoue-
bunt, & cordati industriam consequen-
tur, vt intelligant sententias, interpreta-
tionem, sapientum consilia & exempla.

Dei metus scientiæ initium est, Con-
trà, sapientiam & eruditionem stulti a-
spernantur.

Audi fili paternam castigationem, &
matris tuæ legem ne negligas. Nam ea
demū capiti tuo pulcherrima bulla fue-
rit, & collo torquis.

Fili, si te inuitarint peccatores, ne ob-
sequaris. Si dixerint, nobiscum ambules,
insidiemur sanguini, abdamus nos, vt
innocentibus exitium machinemur, &
quemadmodum inferi viuos absorbea-
mus,

mus, probos tanquam ruentes in voraginem. Magnas opes reperiemus, ædes nostras spolijs locupletabimus: sortem tuam & inter nos deijce, commune sit omnium marsupium Mi fili, ne ambules cum eis, arceto pedem tuum ab illorum via. Nam pedes eorum ad exitium properant. Frustra tenduntur retia volucris ob oculos, & isti sibi mutuo insidiantur, nec vita eis inter ipsos in tuto est. Hic auari mos est, ne vitæ quidem alterius parcat.

QVERIMONIA, QVEMADMODUM vbiq; docent Prophetæ contemni verbum Dei.

Sapientia foris clamitat, in plateis vocem edit, multitudini præit, pro portis clamitans, & in vrbe concionatur.

Quousq; tandē imperiti amabitis imperitiam, & subsannatores sannis delectamini, & fatui scientiam odistis? Aduertite animum ad increpationem meam. Ecce spiritum meum vobis afflabo, sententiam meam exponam. Cùm voco vos, recusatis: cùm porrigo manum, nemo aduortit animum. Omnia consilia

A 4 mea

bis ipsis, h
docetur ti
mor Dei
Damnatu
solicitud
de victu
quod fer
impellit a
rē quoqu
modo fac
endam. Al
multis ex
empla di
tum impo
nunt, &
splendor,
militudi
nariè d
xit: Frustr
illos cona
quasi
cat, Ave
semina
man-

stant, aut: mea negligitis, & increpationem fastidi-
non profe- tis. Proinde & ego in calamitate vestra
Eturis litto ridebo vos, cum subita mala nihil tale
abobus a- metuētes perterrebunt. Tum vocabunt
rant. Nisi me, ego verò non exaudiam: quarent
enim retia non inuenturi. Nam oderunt scientiam,
regantur, & timorem Domini non elegerunt. Fa-
Et arte al- stidierunt consilia mea, & increpationes
ficiantur calumniati sunt. Itaq; fructus edent ope-
ues, nihil rum suorum, & consilijs suis saturabun-
geris. Si- tur. Nam imperitis exitio sunt illecebræ,
gnificat igi quibus parum cauti capi solent, & fatuos
ur frustra secundæ res impiorum perdunt. Quis-
seconatus quis me audierit, securus erit & in tran-
mpiorum: quillo.
Deus enim
aspirat.

CAPVT II.

ADHORTATIO.

Fili, si acceperis verba mea, & manda-
 ta mea apud animum reposueris, vt
 auscultes sapientiæ, accommoda cor, vt
 probè intelligas. Nam si postulaueris in-
 telligentiam, eamq; si accersieris, si velut
 argentum quæsieris, & inuestigaueris
 tanquam thesauros, intelliges timorem
 Domini, & Deum cognosces.

Deus enim ex ore suo sapientiã & sci-
 entiam & intelligentiam largitur. Rectis
 dat

SALOMONIS.

dat successum, protegit probos, ius tue- *Consilia. &*
 tur. Et iter sanctorum suorum custodit. *successum a*
 Ita demum intelliges iustitiã, ius, rectas *Deo esse.*
 & bonas vias omnes.

Si sapientiã studium te tangit, & sci-
 entia placet tibi, consilium seruabit te, &
 intelligẽtia custodiet te, eripietq; à mala
 via & à viro peruersa loquente, & ab ijs,
 qui regiam viam relinquunt, & in tene-
 bris ambulant, qui scelere & peruersita-
 te gaudent, quorum peruersã viã sunt,
 quos ipsorum via arguit desertores esse.

Eripiet item sapientia te à muliere alie *In scortati*
 na, quã se blanditijs venditat, & relicto *onem acer-*
 pristino marito, pacti diuini obliuisci- *rimẽ inue-*
 tur. Nam ruinam minatur domus eius, & *hitur, do-*
 via eius ad interitum ducit. Quotquot *cetq; caue-*
 ad eam accedunt, pereunt. Propterea *ri non pos-*
 viam bonam insistito, & viam iustorum *se, nisi mu-*
 obserua. Recti in terra perdurabunt, & *niamur ver-*
 probi in ea superstites erunt. Impij è ter- *bo Dei.*
 ra extirpabuntur, & funditus delebun-
 tur, quotquot contemnunt Deum.

CAPVT III.

Fili, ne capiat te obliuio legis meã, & *Verbum ad*
 Prãcepta mea infige cordi tuo, pro- *fert vitam.*
 rogabunt enim vitam tibi, & pacem feli- *Deut. 8.*
 citatẽq; adferent. Benignẽ & fideliter te- *Item 30.*
 cum agetur.

A 5

Su-

PROVERBIA

Suspende hæc à collo tuo, & inscribe tabulis cordis. Gratosus enim coram Deo & hominibus futurus es, & felix prudentia tibi continget.

Δεκαλό-
γου ἐξή
γησις.

PRIMUM.

Fide Deo toto corde.

II. Et prudentiæ tuæ ne innitare.

III. Quacunq; ingrederis, agnosce eum.

IIII. Ita fiet, vt ipse regat gressus tuos.

Agnosce es. Ne fide tua sapientia.

se Dei do- Time Deum & recede à malo. Id vni-
na, qua pro bilico tuo salubre est, & rigat corpus.

ueniunt, Honorem habe Deo de substantia tua,

nam id si- & de primitijs omnium prouentuum

gnificatum tuorum. Ita fiet, vt horrea tua implean-

est ritu offe tur ad facietatem vsq;, & torcularia mu-

rendarum sto exundent.

primitia. V. Castigationem Dei ne repudies, &

rum. ne stomacheris, cū corripuerit te. Quem

Deut. 26. enim diligit Deus, hunc castigat, eoq; ve-

Commen- lut pater filio delectatur.

datio cru- Beatus est qui sapientiam inuenit, &

cis. Excla- qui consequitur intelligentiam. Melior

matio q. d. est enim fructus eius, quàm argenti, &

paucos esse auro prouentus eius vberiores sunt, præ-

stat gemmis, & preciosa omnia vincit,

vitiæ prorogatio est ad dexteram eius,

ad sinistram diuitiæ & gloria, vita eius

ama-

SALOMONIS.

amabilis est & felix. Hæc lignum vitæ est, cuiusq; cõtigerit: & beatus est, quisquis eam nactus fuerit. Deus sapientia fundavit terram, & condidit cœlum intelligentia, & scientia eius abyssi deriuntur, & nubes rorem pluunt.

*qui sentiã
crucem vt
lẽ esse. Pro-
inde vocat
beatos, qu
ita sentiũt.*

Fili, huc defige oculos, ne successum & consilium amittas. Hæc vitam animæ suppeditant, & ori gratiam, Securus ambulabis in via, nec pes impinget. Cùm dormies, non terreberis. Quoties ieris cubitum, suaviter dormies: nec metues subita mala, & impiorũ tumultum. Deus enim tuebitur te, & custodiet pedem tuum, ne capiare.

De Charitate precepta.

Ne recusa benefacere alijs, si à Deo suppetit tibi, vnde largiri possis.

VI.

Ne dic proximo tuo, Abi, redi, cras dabitur, cùm modò possis gratificari.

VII.

*Id est, B
dat, qui cõ*

Ne machinare proximo malum, qui abs te nihil metuit.

tò dat.

Ne litiga frustra cum homine, qui te non læsit.

VIII.

IX.

Ne æmulare hominem iniustum, nec elige viam eius. Quia abominatur Deus desertorem, & familiariter versatur cum rectis.

X.

Domui

PROVERBIA

Psal. 36.

Domui impij maledicit Deus, Sed habitaculis iustorum benedicit.

Subfannatores subsannat. Et humilium miseretur.

Hæreditas sapientum gloria. At ignominia fatui exaltati.

CAPVT IIII.

*Rursus instituit adhortationem, subinde idem inculcans, & suo more oratoria-
Mundus fructus sapientie viam, successum, etc.
amat sapientiam non tem.*

Avdite filij paternam castigationem, & adijcite animum ad cognoscendam intelligentiam. Doctrinam enim bonam vobis propono, legem meam ne relinquite. Fui & ego patris mei filius, & inter filios matris tenerrimus & vnicus, docuit me, & dixit:

Si doctrinam meam amplexus fueris, & præcepta mea custodieris, viues. Compara sapientiam, compara intelligentiam. Ne obliuiscere, ne discede à sermone meo. Seruabit te, si non deserueris. Custodiet te, si dilexeris.

Præ omnibus fructibus sapientum compara sapientiam, & præter facultates tuas intelligentiam posside. Quòd si eam magnificeris, te vicissim exaltabit. Si fueris eam amplexus, vicissim te glorificabit, ornabit & coronabit.

Audi fili, & sermonem meum accipe, vt prorogetur tibi vita. In semitam sapientie,

SALOMONIS.

ria, & in regiam viam deducam te, vbi iter faciens non angeris, nec rues cum cures.

Perdura in castigatione, ne defatigeris, observa eam, vitam enim adfert tibi. In semita impiorum ne versare, nec incede in via malorum, sed deuita eam, nec per eam transeas, deflecte ab ea, & præteri. Neque enim dormire possunt, nisi malum aliquod facinus perpetrarint. Nec capiunt somnum, nisi ruinam fecerint. Vicitant enim pane impiè quæsito, & vinum bibunt iniuste partum. Via iustorum sicut lux inclarescit, quæ subinde fit illustrior, ad mediũ vsq; diem. Via impiorum ceu caligo est, nesciunt vbi ruant.

Fili, aduerte animum ad sermonem meum, ad sermonem meum inclina aures tuas, in hunc defige oculos, adserua in corde tuo. Vitam enim adfert ijs, qui inuenerint eum & est salubris omnibus. Summa cura custodi cor tuũ, inde enim vita egreditur.

Depone peruersos sermones, & blasphemata labra remoue ab te. *Os.*

Nec passim vagentur oculi, sed recta te præcurrant. *Oculi.*

Recta incede, & via tua recta sint. Ne *Incessus.*
declina

PROVERBIA

declina ad dexteram aut sinistram.
Deflecte à malo.

CAPVT V.

Fili, animaduerte sapientiam meã, au-
res accommoda prudentiã, vt obser-
ues consilia, & custodias scientiam.

*De scorta-
tione.*

Stillans fauus est scorti os, & mollius
est quàm oleum collum eius. Verùm po-
strema amara sunt, velut absynthium, &
acuta ceu gladius, pedes eius ad mortem
descendunt, & ad inferos properãt gres-
sus eius. Non rectã incedit in vitã semi-
ta, vagi sunt gressus eius, quos nec ipsa
agnoscit.

Proinde fili ausculta mihi, nec à sermo-
ne meo discede, viam eius procul fugito,
nec accede ad fores ædium eius.

DE PRODIGALITATE.

*Prodigali-
tas etiam
verbo Dei
damnata.*

Ne des alijs facultates tuas, & annuos
prouentus tuos ne effundas in crudeles,
ne opibus tuis alieni ditescant, & pecu-
nia tua in alienas ædes transferatur. Tan-
dem enim gemes, vbi victum tuum con-
sumpseris, ac dices: Cur odi castigatio-
nem,

SALOMONIS.

nem, & increpationem subfannai, nec
magistris auscultavi, nec aures præbui
is, qui meliora docebant, penè obrue-
runt me omnia mala, cū in conciliabulis
hominum versarer.

*Crudeles
qui simu-
lant ami-
citiam.*

DE VSV RERVVM PRO- PRIARVM.

Bibe aquam è tuis fontibus, & tui fon-
tis riuulos bibe. Fontes tui foràs deriuen-
tur, & riui promanent in plateas. At tu
Dominus esto horum solus, non alieni
recum, benedicentur enim fontes tui.

*Ita admī-
nistres rem-
familiarē,
vt & con-
serues, &
cum alijs
communi-
ces, vt in E-
phesijs Pa-
lus docet.*

DE CONIVGIO.

Exhilaret te vxor, quam adolescens du-
cis, ceu iucunda cerua, & venustus hinnu-
lus. Illius te amor perpetuò exaturet, &
amore eius semper fruere.

DE SCORTATIONE.

Cur seduceris fili mi à scorto, & alie-
nam amplecteris mulierem? Non procul
oculis Dei sunt viæ hominum, is omnes
eorum semitas considerat. Sua ipsius im-
probitate impius capitur, & suis laqueis
irretitur. Morietur cū non sit castiga-
tus, eritq; ei exitio ingens stultitia.

CA-

PROVERBIA

CAPVT VI.

sponde
proxima pra-
est. Iu-
bet autem
um diffide
e, tum res
proprias
seruare, iu-
ta regu-
am.
Cor. 3.

Flli, si pro altero sponderis, obstrinxisti fidem tuam, irretitus es tuis verbis, captus tuo sermone. Proinde fac ut expedias te, posteaquam in manus proximi incidisti, vade curre, in sta proximo tuo, ne concedas somnum oculis, neve obdormiant palpebrae. Euade velut e serua, in manibus venatoris caprea solet, aut auicta regula e manibus aucupis.

DE LABORE.

Abi piger ad formicam, eius contem-
plare mores, vt sapiens fias. Illa tametsi
nec principem, nec praefectum, nec ducem
habeat, tamen aestate cibum parat, & col-
ligit in messe alimentum.

Quamdiu piger dormies? quando a
somno surges? paululum modò, inquis,
dormitabo, paululum modò somno va-
cabo, paululum modò conferam manus,
& componam me ad recumbendum. At
interea ceu viator veniet inopia, & op-
primet te paupertas ceu latro.

DE CONTENTIONVM

autoribus.

Nihil

SALOMONIS.

Nihili homo, vir iniquus ore peruerso incedit. Fingit vultum ac incessum, digitis gesticulatur: peruerso corde malum semper molitur, & contentionum autor est. Proinde mox obruetur calamitate, contereturq; neq; quisquam ei mederi poterit.

Hæc sex odit Deus, septimū etiā planè abominatur: Superbos oculos, Mendacem linguam, manus quæ innocenter sanguinem fundunt, Cor iniqua cōsilia machinans, Pedes qui properant ad mala, Testem mendacem, Autorem dissensionis inter fratres.

DE ADULTERIO.

Fili, præcepta patris obserua, & legem matris ne reijcias, alligae ea cordi tuo, & adnecte gutturi. Cùm ambulaueris ducet te, cùm dormies excubabūt super te, & cùm surges eloquere ea. Est enim præceptum lucerna, & lex lumen, & vitam adfert increpatio & castigatio. Memineris præceptorum, vt custodiant te à scelerata muliere, & à blanda lingua scorti. Ne pulchritudine eius inflammēris, neve capiant te oculi eius. Captat enim scortum
B frustum

PROVERBIA.

frustum panis, adultera vitæ etiam infidiatur.

*Contagio
mali.*

Sicut fieri nequit, quin adurat vestem, quisquis ignem in sinu fouerit: & pedes haud dubiè læserit, quisquis supra carbones incesserit: Ita quisquis ad alterius uxorem accesserit, quisquis attigerit, feret infortunium.

Aiudicio

*Dei graui-
us quàm fu-
res multa
rimæchos.*

Non est probro furi, cum esuriens furatur, ut vitam sustentet. Nam deprehensus, vel septuplum, aut rem familiarem suam vniuersam rependerit. At stulti cum mœchantur, vitam amittunt, plagam & dedecus auferunt, nec ignominiam unquam abolere possunt. Nam apud virum, cum zelotypia vritur, non est veniæ locus, sicubi vlcisci datur: nec ignoscet, ut maximè placare coneris, nec muneribus, quamuis multa offeras, flecti se patitur.

CAPVT VII.

DE ADULTERIO.

Fili sermonem meum serua, & præcepta mea manda memoriæ. Quòd si seruaueris præcepta mea, & legem meam velut oculorum pupillas, vita tibi continget. Age suspende ea à digitis tuis, inscribe

SALOMONIS.

scribe tabulis cordis tui. Complectere sapientiam tanquam sororem, & intelligentiam tanquam amicam, ut custodiant te ab aliena muliere, à scorto, quod blanditijs tibi insidiatur. Ego, cum per fenestram adium mearum per cancellos prospicerem, vidi inter imperitos adolescentem stultum, crepusculo transeuntem in platea ad angiportum, non procul à scorti ædibus. Ecce ibi occurrit ei mulier meretricio habitu, fraudulenta, clamosa, malè morata, cuius pedes domi nunquã quiescunt, & quæ insidias struere solet domi, foris, in vicis omnibus. Hæc amplexa iuuenem dissuauatur impudenter, & inquit: Sacrum hodie feci, quare prodij ut quærerem te, ac occurrerem tibi, benè cefsit, inueni te, lectum ornaui variè, & constravi Aegyptijs tapetibus, frondibus, myrrha, aloë, & cynamomo. Ades, amori indulgebimus in crastinũ usq;, amore nos exhilarabimus. Neq; enim domi maritus est, sed procul abiit, accepto secum viatico, nec certum est quando sit rediturus.

Iuuenis multis illecebris & blanditijs expugnatus ac perpulsus, sequitur, & ceu ad lanienam bos, ac velut compedibus

B 2

iniectis,

PROVERBIA

iniec̄tis, quibus fatui vinc̄ti cohercentur,
pergit, donec telo iecur ic̄tū findatur, &
perinde atq; auis ad laqueum properat,
ignorans se infidijs excipi.

Proinde filij audite me, & animaduer-
tite verba mea: Ne expatietur ad vias eius
cor tuum, néve ingrediare semitis eius.

Multos enim fauciauit ac strauit, & o-
mnes fortes iugulauit, Domus eius viæ
inferorum sunt, illac̄ ad mortem iter est.

CAPVT VIII.

versus in-
tuit ad-
rtationē
binde ea,
m inge-
inans.
erbum
ei conspi-
um et ob
ulos esse
bet omni
s, vt Deu.
manda-
m est.

Nonne sapientia clamat, & intelli-
gentia edit vocem? In summis ver-
ticibus, in via inter semitas stans, iuxta
portas ciuitatis, in foribus clamat: Vos
voco viri, vox mea ad filios Adam, intel-
ligite imperiti astutiã, & fatui resipiscite.
Audite, loquar enim conspicua, & aperiã
labia vt recta doceam. Quia veritatem
loquetur guttur meū, & abominantur la-
bia mea impium. Iusti sunt omnes sermo-
nes oris mei. Non est in eis peruersum ac-
tus, vt Deu. subuersio. Plani sunt prudentibus, & re-
cti sunt scientiam sectantibus. Accipite
castigationem meam præ argento, & sci-
entiam

SALOMONIS.

entiam præ auro electo. Quia melior est
sapientia margaritis, & omnia iucunda
non possunt ei conferri.

Ego sapientia adiungo mihi astutiam
& scientiam consilij.

Timor Dei odiū est mali. Superbiam
& arrogantiam, & viam malam, & os per-
uersum odi.

Penes me consilium, & successus est.
Ego intelligentia sum, penes me est potē-
tia. Per me reges regnant, & principes
constituunt iusta. Per me domini domi-
nantur, & regnant omnes iudices ter-
ræ.

Ego diligentes me diligo, & quæren-
tes me. Diuitiæ & gloria penes me. O-
pes duraturæ est iustitia. Melior est fru-
ctus meus auro, & obrizo, & prouentus
meus argento electo. In viam iustam du-
co, & in semitas iudicij, vt ritè ditem di-
ligentes me, & thesauros eorū cumulem.
Dominus possedit me initio viæ suæ, an-
te opera eius eram. Ab æterno ordinata
sum, ab initio ante terrā. Nondum abyssi *Verbi po-*
erant cū formarer, nōdum fontes aquis *tentiam*
redundabant. Priusquam montes sub-*creatio-*
mersi sunt aquis, & ante colles formata *ne pro-*
sum. Nondum fecerat terram, & fines *bat.*

P R O V E R B I A

eius, & vertices puluerum orbis. Cùm
cœlum erigeret, ibi ego eram. Cùm cir-
culum constitueret abyſſo, cùm nubes
deſuper firmaret. Cùm fontes abyſſi con-
deret, cùm poneret mari terminum, &
aquis, ne prætergradientur locum ſuum.
Cùm constitueret fundamenta terræ,
aderã adiutabamque, ſum in delitijs eius
quotidie, ludo coram eo ſemper, Ludo
in orbem terræ eius, & delecto filios ho-
minis.

Nunc itaque filij audite me, Beati qui
vias meas obſeruant. Audite caſtigatio-
nem, & ſapite, & ne negligite: Beatus qui
audit me, & aduigilat ad fores meas quo-
tidie, ad obſeruanda limina ianuarum mearum.
Vitam enim inuenit, quiſquis me inuene-
rit, & hauriet voluptatẽ à Domino. Qui
peccarit in me, iniurius eſt animæ ſuarum.
Quiſquis odit me, mortem diligit.

C A P V T IX.

Sapientia ædificauit domũ ſuam, do-
lauit innumeras columnas, maſtauit
victimas, fudit vinum, & inſtruxit men-
ſam ſuam. Miſit puellas ſuas vocatum ad
arcem excelsam ciuitatis. Imperiti huc
declinent. Et ſtultis dixit: Venite, come-
dite

SALOMONIS.

—dite panē meum, & bibite vinum, quod
miscui vobis.

Si reliqueritis imperitiam, vita con-
tinget vobis, & ingrediemini in viam in-
telligentiæ.

Qui castigat subsannatorem, ignomi-
nia adficietur. Et corripiens impium, cō-
taminabitur.

Ne corripe subsannatores, ne oderint te.

Si corripueris sapientem, diliget te.

Da sapienti & sapientior erit.

Si docueris iustum, cordatior erit.

Initium sapientiæ timor Domini, &
intelligentia est sancta cognoscere. Nam
per me vita prorogatur, & augentur an-
ni vitæ. Si sapueris, tibi sapuisti, & si sub-
sannaueris, tu feres.

Mulier fatua, clamosa, blanda & igna-
ua, sedet in foribus domus suæ, in sella ex-
celsa vrbis. Vocat prætereuntes, & qui
rectà incedunt. Imperiti huc declinent.
Et stultus ait: Aquæ furtiæ dulces sunt,
& panis clandestinus iucundus est. Nec
scit quòd mortui ibi sint, & in profun-
do inferno conuiuæ eius.

FINIS ADHORTATIONVM,

quas Proæmij vice operi præ-
posuit.

B 4

CAPVT

PROVERBIA

CAPVT X.

1 Sapiens filius patrem gaudio adficit,
At stultus filius matrem adfligit.

Promittit pijs bona.

2 Non profunt thesauri impio,
Iustitia verò liberat à morte.

3 Non perdet Dominus fame animã iusti,
Improba consilia impiorum perdet.

*Precipit
laborem.*

4 Egestatem adfert manus ociosa,
Sed manus sedulorum ditat.

5 Qui colligit in messe, prudens est,
Qui dormit in æstate, confundetur.

6 Benedicetur capiti iusti,
At impios iniuria ab ipsis concepta
obruet.

*Promit-
tit pijs
bona.*

7 Memoria iusti benedicetur,
Sed impiorum nomen fordebit.

8 Sapiens corde accipiet præcepta,
At stultum os vapulabit.

9 Securè ambulat probus,
Et qui vias suas peruertit, deprehen-
detur.

*Non est
pax im-
pijs.*

Ni caueris, hypocrita faller te.

10 Fingens vultum damnum dat,
Stultum os vapulabit.

11 Vena vitæ, os iusti.

Os impiorum iniuria obruet.

Noris,

SALOMONIS.

Noris, non oderis.

12

Odium excitat contentiones,
Et omnia delicta tegit charitas.

In labijs sapientis inuenitur sapientia,
Et virga in tergo stulti.

13

Narren sol man mit Kolben lausen.

Sapientes sapientiam seruant,
Os stulti accersit sibi perniciem.

14

Gut macht Muth.

Opes diuiti sunt arcis vice,
Inopia verò pauperi animum minuit.

15

Impiorum consilia non succedunt.

πλῆθος

ὑβρι

τίκται.

Opus iusti adfert vitam,
Prouentus impij peccatum.

16

Perferre castigationē ad vitam cōducit,
Et deserens increpationē, errat.

17

Crucē cō-
mendat.

Dissimulant odium mendaces,
Stulti conuitium faciunt.

18

ἀχαλίνωρ σωματῶν τέλει δὲ δυσυχία.

Garrulus non vitat peccatum,
Prudens est qui labia sua frenat.

19

Lingua iusti est præcipuum argentum,
Cor impium nihili est.

20

Labia iusti multos pascunt,

21

At stultis exitio est stultitia.

Benedictio Domini diuites facit, citra
molestiam.

22

B 5

Cùm

PROVERBIA

- Promittit*
pijs bona.
- 23 Cùm scelus perpetrat stultus, ridet,
Id verò animaduvertere sapientia est.
Impij rident iudicium Dei.
- 24 Accident impijs quæ metuunt,
Iustis contingent quæ desyderant.
- 25 Impius ceu tempestas præterit,
At iusti fundamentum perpetuum est.
Plautus: Fames & moraciens bilem in naribus.
- 26 Vt acetum dentes, & fumus oculos lædit:
Sic piger eos, qui miserunt eum, cruciat.
- 27 Timor Domini prorogat vitam,
Et anni impiorum breues sunt.
- 28 Iustos læta manent,
Et spes impiorum perit.
- 29 Via Domini addit animum probis,
Frangit animos malis improbitas.
- 30 Iustus perpetuò non euertetur,
Et impij nõ erunt superstites in terra.
- 31 Os iusti propagabit scientiam,
At lingua peruersa perit.
- 32 Labia iusti meditantur bona,
Sed os impiorum peruersa meditatur.

CAPVT XI.

*Et contumeliosi sunt superbi: & vicissim
contemnentur.*

Libram

SALOMONIS.

- L**ibrā iniustā abominatur Dominus, 1
 At pondus iustum delectat eum.
 Superbiæ comes est contumelia, 2
 Sed apud modestos est sapientia.
 ἢ δὲ κακὴ βόλη τῶ βδλέυσαντι κακίση. 3
 Integritas rectorum deducit eos, 3
 Exitio est impijs deflectere à iure.
 Non profunt diuitiæ in die iræ, 4
 At iustitia liberat à morte.
 Iustitia integri dirigit viam eius, 5
 At in improbitate sua cadit impius.
 Iustitia rectos liberat, 6
 Et in impietate sua capiuntur scelerati.
 In morte hominis impij, perit spes, 7
 Et expectatio impiorum perditio.
 Iustus eripitur ex aduersitate, 8
 Et pro eo perit impius.
 Ore simulator euertit proximum suum, 9
 Sed iusti deprehendunt ac liberantur. 10
 Cùm florent iusti, gaudet ciuitas, *Altera manū*
 Et in perditione impiorum lætatur. *nu lapidē,*
Nec viribus nec consilijs nostris, sed benedictione altera pa-
diuina seruanda Respublica. nem.
 Benedictione rectorum fortunatur ci- 11
 uitas,
 At impiorum consilijs euertitur.
 Qui famam proximi lædit, stultus est, 12
 At vir intelligens tegit probra.

Sufurro

PROVERBIA

13 Susurro reuelat arcanum,
At qui fideli animo est, rem tegit.

14 Sine gubernatione corruiť populus,
Salutem adferunt multi consultores.

*Vis non seruat Resp. sed Consilium, &
ᾠολιτεία, Quod ait multi consultores.*

15 Malè affligitur qui sponderit pro alio,
Et qui vitat stipulationes, securus est.

Propertius: Ampla satis forma, pudicitia.

16 Mulier quæ honorè tuetur, gratiosa est.

Veri amici- Fortes sunt, qui diuitias augent.

ci officium. Beneficus suum ipsius geniũ defraudat,

17 Crudelis propinquo damnũ etiã dat.

18 Impius opus facit irritum,
At qui serit iusta, mercedem perpetuam consequetur.

19 Iustitia conducit ad vitam,
At qui sequitur malitiam, mortem ad-
cerfit.

20 Abominatur Dominus cor peruersum:
Et placent ei probi.

21 Mali, vtut inter sese conspirarint, non elabuntur,

Semen iustum euadit.

22 Mulier formosa quæ immodesta est, non dissimilis est porco, naribus aureum torquem gerenti.

*Amplasa-
tis forma,
pudicitia.*

Desy-

SALOMONIS.

Desyderium iustorum placet Deo, 23
Sed expectationi impiorū succenset
Deus.

Quidam largiuntur, & tamen ditescunt, 24
Quidam parci, quanquā magnas opes
habuerint, subinde pauperiores fiunt. *Liberalibus*
Qui liberaliter benedicit, impinguatur, *benedices*
Qui inebriat, inebriatur. *Deus.*

Qui non communicat frumenta, ei male 25
dicetur in populo.

At benedicetur vendenti. 26

Facite vobis amicos de Mammona.

Bona eueniunt bona consecretantibus, 27
Mala accidunt mala quærentibus.

Qui confidit diuitijs suis, corruet, 28
Et iusti ceu folium virebunt.

Qui perturbat domum suam, ventos ac- 29
cerfit,

Et stultus sapienti seruiet.

Discordia summæ res dilabuntur.

Fructus iusti est lignum vitæ, 30
Et capit animos sapiens.

Nihil melius clementia.

Cùm iustus in terra persoluat, *Cùm iusti*
Quanto magis impius & peccator? *adfligun-*
tur, haud
dubiè non
ignoscetur
impijs.

CAPVT XII.

Crucis commendatio.

Qui

PROVERBIA

1 **Q**ui diligit castigationem, prudentior erit,
At qui odit disciplinam, stultus est.
Tame si coram mundo patiatur, Deus tamen consolatur.

2 Bonus haurit voluptatem à Deo,
Sed vir scelestus damnabitur.

3 Impietas nulli prodest,
At iustorum radix non cōmouebitur,

4 Mulier sedula corona est viri,
At illaudata mulier tabefacit ossa.

Mulierem decet esse οἰκτρον, & custodem rei familiaris.

5 Cogitationes iustorum iudicia sunt,
Industria impiorum fraus est.

6 Verba impiorum insidiantur sanguini,
At os iustorum liberat.

7 Euertentur impij, & non erunt,
At iustorum domus durabit.

8 Propter prudentiam suā laudabitur vir,
At iniquus pudefiet.

Σπάρτα μ' ἄμ' ἐλαχες, τὰν τὰν κόσμῳ.

9 Homo abiectus, qui suum officium facit,
Præstat glorioso, qui pane indiget.

Nulla re abutitur iustus.

10 Agnoscit iustus iumentorum suorum animas.

At cor impiorum crudele est.

Σπάρτα μ'

SALOMONIS.

Σπάρταρ ἀρ' ἐλαχες, τὰνταρ κόσμει. Βύλη
ἢ κακί, &c.

Qui agrum suum colit, satur erit panum, 11
At qui sectatur ocium, stultus est.

Exitium venantur impij, quicquid desy- 12
derant,

At iustorum radix ferax.

Prauis labijs capitur malus, 13
Sed euadet ex aduersitate iustus.

Ex fructu oris quisq; saturatur bono, 14
Et retribuetur homini iuxta opera
sua.

Via stulti recta est in oculis suis, 15
At sapiens consilium audit.

Stultus statim prodit iram suam, 16
At dissimulat iniuriam callidus.

Veraces iustitiam palàm faciunt, 17
Mendax testis fallit.

Plures necat lingua quàm gladius.

Temerè loqui perinde est ac gladio fo- 18
dere,

At sapientum lingua salubris.

Mendacem oportet esse memorem.

Verax labium firmum est semper, 19
Et mox variat mendax lingua.

Qui machinantur mala, frustrantur, ἢ δὲ κακί
Βύλη.

Et gaudium comitatur eos, qui pec- 20
cata consulunt,

Non

PROVERBIA

- 21 Non accidet iusto dolor,
At impij obruentur malo.
- 22 Abominatur Dominus mendacia labia,
At veraces placent ei.
*Metiri se queng, suo modulo ac pede
verum est.*
- 23 Non ostentat homo callidus scientiam.
At cor stultorum prædicat stultitiam.
Prædicatur labor ac diligentia.
- 24 Sedula manus dominabitur,
Ociosas sub tributo erit.
Euangelio eriguntur conscientia.
- 25 Bonum verbum exhilarat,
Solicitude animum cruciat.
Successus à Deo est.
- 26 Iustus felicior est proximo,
At via impiorum eis exitio est.
Diligentiam præcipit.
- 27 Negociatio ociosi non est felix,
At seduli ditescunt.
- 28 In semita iustitiæ vita est,
Et in via plana non est mors.

CAPVT XIII.

I **F**ilius sapiens eruditionem paternam
sustinet,
At subsannator non audit increpationem.

De

SALOMONIS.

- De fructu oris vir bonus adficietur. 2
Et anima contēptoris malis adficietur. 3
Qui custodit os suum, custodit vitam
suam. 3
At qui temerè aperit labia sua, terre-
bitur. 4
Cupit piger & eget, 4
At anima sedulorum saginabitur.
Diligentiam præcipit. 5
Mendacem iustus odit, 5
At impius confundit & maledicit.
Impiys voluptas est alienam ledere famam. 6
Iustitia seruat probos, 6
Et impietas deflectit ad peccandum. 7
Diuites quidā sunt, tametsi nihil habeāt, 7
Pauperes alij sunt, tametsi magnas
opes habeant.
Benedictio Domini fortunat opes. 8
Gut macht muth. 8
Redimitur vita diuitijs, 8
Et egenus non perfert increpationem. 9
Lux iustorum gaudium adfert, 9
At Lucerna impiorum extinguetur. 10
Prorsus inter superbos est contentio, 10
Et apud consultos sapientia est. 11
Cōsulti inter se cedunt, condonāt, vt pacē seruent. 11
Opes prodigalitate minuuntur, 12
Et parsimonia augentur. 12

C

Parsi-

PROVERBIA

Parsimonia magnum vectigal.

12 Expectatio dilata cruciat, Et lignum vitæ est, si præstò adfit quod cupis.

Etiam celeritas in desiderio mora est.

13 Qui contemnit verbum, malè habebit,
Qui timet mandatum, pace fruetur.

14 Institutio sapientis, fons vitæ est, ad vitandos laqueos mortis.

15 Felix prudentia iucunda est,

At via contemnentium aspera est.

Prudentia non est felix, nisi fortunet Deus,

sicut est cernere in Abitophel, De-

mosthene, Cicerone.

16 Omnia facit callidus cum iudicio,

Fatuus stultitiam prodit.

Temerè pergunt fatui, iuxta paræmiam germanicam.

Der Haspel muß in Sack.

17 Nuncius impius conijciet in mala,

18 Legatus verax salubris est.

Oderunt
crucem
impij.
19 Egestas & ignominia penes eum est,
qui castigationem negligit,

At qui obseruat increpationes, honore adficietur.

Præsens voluptas delectat animam,

Et abominantur fatui declinantem à malo.

Talis vnusquisq, qualium vtitur consuetudine.

Qui

SALOMONIS.

Qui cū sapientibus versatur, sapiens erit, 20
At stultorum socius malè habebit.

Peccatoribus mala impendent, 21
Et iustis reddetur bonum.

Boni hæredes relinquunt filios filiorum, 22

Et reponuntur iustis opes peccatorū. *Psal. 36.*

Multum escæ est in sulcis pauperum, 23

At alij iniurijs parant opes. *Benedicti*

Qui abstinet virgam, odit filium suum, *Dei fortitudo*

Qui verò amat eum, quærit vt erudiat. *nat.*

tur. 24

Pædagogiam præcipit.

Iustus comedit, & fit satur, *Tò τὰ πό*

Venter impiorum eget. *εὐτίδα,*

CAPVT XIII.

Sapiens mulier ædificat domū suam, 1
Stulta verò euertit eam. *σδαι.*

Qui timet Deum, rectè ambulat, 2

Qui contemnit eū, è via eius discedit.

Autoritatem sibi arrogant stulti, vt in Pontificum decretis adparet.

In ore stulti est superba virga, 3

Et labia sapientum obseruant.

Labor præcipitur.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, 4

Sed multi prouentus obueniunt per

robustum bouem.

C 2

Testis

PROVERBIA

- 5 Testis verax non mentitur.
Mendaces confidenter mentiuntur.
Contemnunt iudicium Dei.
- 6 Quærit subfannator sapientiam, & non
inuenit. Et scientia cordato facilis est.
- 7 Si incideris in stultum, non deprehendes
labia scientiæ.
*Id est, imperito nusquam quicquam
iniustius.*
- 8 Sapientia callidi, est viam suam obser-
uare,
At stultitia fatuos fallit.
- 9 Stultus subfannat delictum,
10 Et recti placent.
- Perturbato* Dum cor angitur, non capitur solatijs,
cordi nihil quæ extrinsecus adhibentur.
est iucun- Domus impiorum euertetur,
dum. Sed tabernacula rectorum florebunt.
- 11 Plerisq; videtur via recta, cuius exitus
12 est via mortis.
- Fallitur ca* Etiam in risu dolet cor,
ro sua iusti Et finis risus est calamitas.
via & sapi- Dabunt pœnas reprobi,
entia. Et conculcabunt eos probi.
Humana solatia pereunt.
- 13 Imperitus credit omnia,
14 At callidus animaduertit gressus suos.
15 *Precipit vt malos doctores vitemus.*
- Sapi-

SALOMONIS.

- Sapiens timet & discedit à malo, 16
At stultus pergit confidenter.
- Impatiens iræ designat stultitiam, 17
At cautus odit stultitiam.
*Qui non moderabitur iræ, infectum volet esse
dolor quod suaserit.*
- Penes imperitos stultitia est, 18
Sed callidi coronantur scientia.
Imperito nusquam quidquam iniustius.
- Curuabuntur mali in conspectu bonorū, 19
Et impij ad portas iustorum erunt.
*Iusti imperabunt impijs, iudicabunt impios, tamen
si aliquantisper opprimantur.*
- Etiam proximo odio est pauper, 20
Et multi sunt diuitum amici.
Donec eris felix, multos numerabis amicos.
- Contemnit proximum suum peccator, 21
Et beatus erit q̄ miseretur calamitosi. 22
- Nonne frustrantur qui machinantur ma Pollicen-
lum? tur bona
At benignè & fideliter agetur cum bo- pijs.
nis. 23
- Labor abundantiam adfert, Laborem
Vbi verbis res geritur, inopia est. precipit.
*Bil geschrey/wenig Wollen. Hypocrite 24
magna de se pollicentur.* Stultitiam
- Diuitiæ sunt ornamento sapientibus, patiuntur
Stultus nihil nisi stultitia est. opes.
- C 3 Verax

PROVERBIA

- 25 Verax testis liberat animas,
 Et mendax decipit.
Verè iudicare saluti Rebuspub.
- 26 Timor Dei tutum munimentum est,
 Et timentes Deum benè habebunt.
- 27 Timor Dei fons vitæ, ad vitandos laqueos
 mortis.
- 28 Frequentia populi Regem decorat,
 Et formidat qui paucis est stipatus.
Ornamento est principi concordia populi.
- 29 Patiens multa intelligit.
 Iracundus prodit stultitiam,
- 30 Hilaris animus vita est,
 Et tabefacit ossa invidia.
*Inuidus alterius rebus marcescit opimis.
 Deus auctor paupertatis.*
- 31 Qui pauperem calumniatur, conuitium
 facit eius factori. Et honorat Deum
 quisquis miseretur pauperis.
- 32 Succumbit in calamitate impius,
 Et sperat etiam in morte iustus.
- 33 In animo cordati versatur sapientia,
 Et inter stultos innotescet.
*Tandem fit vt stulti conuincantur, sicut Iudei
 resurrectione Christi conuicti
 sunt.*
- 34 Iustitia exaltat gentem,
 Perdit populum peccatum.

Placet



SALOMONIS.

Placet Regi seruus prudens,
Et succenset turpi.

35

CAPVT XV.

MOllis responsio mitigat iram.
Sermo asper prouocat iram,
Lingua sapientis facit acceptam scien-
tiam.

1

Comitate
vincendi
morosi.

Os stulti effutit stultitiam.
Et in secundis & in aduersis rebus spectanda
Dei voluntas.

2

In omni loco oculi Dei contemplantur
bonos & malos.

3

Plures necat lingua quàm gladius.

Salubris lingua lignum vitæ est,
Et fallax lingua perturbat animum.
Stulti sunt qui corripiti nolunt.

4

Stultus calumniatur paternam castiga-
tionem,
At obseruans increpationes callidior
fit.

5

In domo iusti thesauri multi sunt,
At prouentus impij perditio est.
Labia sapientum ferunt scientiam,
Non autem cor stultorum.

6

7

*Hypocritarum sacrificia damnat, vt
Psalm. 49.*

C 4

Sa-

PROVERBIA

- 8 Sacrificia impiorum abominatur Dominus,
Et oratio rectorum placet ei.
- 9 Abominatio est Domino via impij,
Et sectantem iustitiam diligit.
- 10 Eruditio mala est semitam deserere,
Et qui odit increpationes, moritur.
- 11 Cùm infernus & perditio Deo pateant,
Quanto magis corda hominum ei patent?
Non ferunt impij castigationem.
- 12 Non diligit subsannator corripientē se,
Ad sapientes non adcedit.
- 13 Lætus animus exhilarat vultum,
Et in mœrore cordis spiritus debilitatur.
Personæ imponunt nobis, & autoritate magnorum sæpè impiè mouemur.
- 14 Cor intelligens quærit scientiam,
Facies stultorum stultitiam pascit.
- 15 Misera est vita afflictorum,
Et hilare cor conuiuium perpetuū est.
*Si conscientia sit mala, nihil rectè succedit,
vt Saul.*
- 16 Melius est modicum cum timore Dei,
Quàm thesaurus ingens cū molestia.
- 17 Præstat paucillū olusculi citra molestiā,
Quàm saginatus taurus cum molestia.
Mole-

SALOMONIS.

*Molestia mala conscientia, quæ facit ut
nihil rectè succedat.*

Vir iracundus excitat contentionem, 18
At patiens sedat contentionem.
Vincuntur mansuetudine iracundi.

Via pigri obsita sentibus est, 19
At semita bonorum plana est.

Filius sapiens exhilarat patrem, 20
At stulti pudet matrem.

Damnantur hi qui non faciunt officium suum.
Stultitia fatuo voluptas est, 21
Cordatus homo dirigit viam suam.
Caro probat sua consilia.

Frustrantur cogitationes, in quibus non 22
est consilium,
Et multitudine consiliariorum firmæ
erunt.

Infelix temeritas.

Appositè respondere, voluptatē adfert, 23
Et sermo opportunus optimus est.
In tempore doceri, moneri, saluberrimum est.

Semita vitæ sursum fert, 24
Ut doceat vitare infernū deorsum sitū.
Ad Colos. 3. Quæ sursum sunt querite.

Domum superbi diruit Deus, 25
Et erigit limitem viduæ.
Superbis resistit Deus.

Abominatur Deus consilia praua, 26
Mundorum consilia probat.
*ἢ δὲ κακῶν
Per- βῶλη.*

P R O V E R B I A

- 27 Perturbat domum suam auarus,
Et qui odit munera, viuet.
- 28 Cor iusti meditatur quid respondeat,
Os impiorum temerè effutit praua,
- 29 Procul est Dominus ab impijs,
Et preces iustorum exaudit.

30 Serenus vultus exhilarat cor,
Fama bona saginat ossa.
Sapientes ferunt castigantem.

*Euangeliū
vitam ad-
fert.*

31 Auris audiens increpationem viuificam,
inter sapientes morabitur.

32 Qui negligit castigationem, adspernatur
vitam suam.

*Audiens increpationem sapiens erit.
Docet quid vocet sapientiam, non humana consi-
lia, sed Timorem Dei.*

33 Timor Dei est castigatio, qua sapientiam
consequimur.

CAPVT XVI.

Deus facit omnia iuxta consilia voluntatis suae.

- 1 **H**omo instituit in animo,
Verū à Domino sermo linguæ est.
- 2 Hominibus suæ viæ mundæ videntur,
At Deus impellit spiritus.
- 3 Si commiseris Domino opera tua,
Consilia tua fortunabuntur.

Omnia

SALOMONIS.

- Omnia facit Dominus propter se, 4
 Etiam impium ad diem malum.
- Abominatur Dominus omnes superbos, 5
 Non elabentur, vtut inter se conspi-
 rent.
- Benignitate & fide expiatur iniquitas, 6
 Et in timore Domini declinatur à malo.
- Cùm placent Domino viæ hominis, 7
 Etiam inimicus eius reconciliatur ei.
*Hypocrisis: Humanae satisfactiones non placant
 Deum, sed verum cor.*
- Melius est parum cum iustitia, 8
 Quàm magni redditus malè parti.
Malè partum, malè disperit.
- Cor hominis deliberat de via sua, 9
 Dominus verò promouet gressus
 suos.
- Diuinant labia Regis, 10
 Nec fallitur in iudicio os eius.
*Reges oportuit diuinare. i. iudicare
 πνευματικῶς.*
- Libra & statera iudicium Domini sunt, 11
 Et ipse autor est ponderum. *Publicum*
- Abominantur Reges impietatem, *ius Dei o-*
 Nam iustitia thronum fortunat, *pus est.*
- Placent regibus labia iusta, 12
 Et veraces diliguntur. 13

Indi-

PROVERBIA

14 Indignatio Regis est nuncium mortiferum,

At vir sapiens placabit.

15 Serenus vultus Regis vita est,
Et benevolentia eius velut pluuia serotina.

Metui vult maiestatem publicorum magistratum.

16 Satius est sapientiam comparare quam aurum,

Crucis praconium.

Satius est intelligentiam comparare quam argentum,

17 Gressus rectorum discedunt à malo,
Custodit vitam suam, qui viam suam custodit.

18 Præit deiectioni superbia,
Et anteit ruinam superbia animi.

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

19 Melius est deijci animo cum calamitosis,
Quam regnare & locupletari cum superbis.

20 Prudenter tractans rem, reperiet bona,
Qui confidit Deo, beatus est.

Prudentia Deo fidere.

Humana prudentia non est felix.

21 Sapiens sapientem consulit, & suauitas sermonis commendatiorem facit doctrinam.

Sapien-

SALOMONIS.

Sapientes inter se consulunt. φιλαυτοῖς sua
consilia placent.

Prudentia vena vitæ est, 22

At castigatio stultorum, stultitia est.

Stulti non mutantur in melius, etiamsi quid muta-
rint, vt in Saul & Achas adparet.

Cor sapiens, os docet, & doctrinam 23
commendant labia eius.

Fauus mellis sermo iucundus, 24

Dulcedo animæ & medela ossium est.

Est via, quæ recta videtur oculis hominis, 25

cuius exitus est via mortis.

Fallimur nostra sapientia & iustitia.

Sapientes
meditatè
loquuntur.

Dat pœnas stultiloquentiæ os futile.

ἀχαλίνων σωματῶν τέλος δυσυχία.

26

Homo nihili sibi malum adcerfit,

In labijs eius est ignis comburens.

27

Homo peruersus excitat contentionem,

Et delator sæpe inter principes dissi-
dium concitat.

28

Homo violentus lætat amicum suum,

Etducit per viam malam.

29

Fallunt fucati amici.

30

Qui vultum fingit, machinatur malum,

Qui labra componit, mala perpetra-
bit.

Senectus ve-
neranda est.

Leuit. 19.

Honesta corona senectus,

Si in via iustitiæ reperiatur.

31

Præ-

32 Præstantior est patiens quàm vir fortis:
 præstantior item est, qui animo suo
 dominatur, quàm qui vrbes capit.

Sapè vincas patientia, quæ non viceris impetu.

33 In sinum dei ciuntur sortes,
 At à Deo iudicium earum proficiscitur.

Deus regit omnia.

CAPVT XVII.

1 **M**elius est siccum frustum cum tran-
 quillitate, quàm domus plena ma-
 ctatis pecoribus cum contentione.

2 Seruus prudens dominabitur filio turpi,
 Et inter fratres diuidet hæreditatem.

3 Vt argentum excoquitur, & in fornace
 probatur aurum,

Ita Dominus corda probat.

4 Malus auscultat improbo sermoni,
 Mèdax obsequitur perniciosæ linguæ.

5 Qui ridet pauperem, conuitium facit fa-
 ctori eius.

*Dens pau-
 pertatis est
 auctor.*

Et cui calamitas alterius voluptati est,
 non feret impunè.

6 Corona senum filij filiorum sunt,

Et decus filiorum patres eorum.

7 *Iactantia* Non decet stultum superbus sermo,

damnatur. Nec Regem decet mendax labium.

8 Bella gemma est donum,

Quor-

SALOMONIS.

- Quorsum se verterit Dominus eius.
Munera crede mihi placant hominesq; deosq;.
- Qui celat alienū dictū, facit vt ametur, 9
 At qui palā fecit rem, inter principes
 dissidium concitat.
Eximia est virtus prestare silentia rebus.
- Obiurgatio magis terret cordatum, 10
 Quàm centum plagæ fatuum.
Ne plagis quidem impij emendantur. Esai. 9.
- Contentiosus machinatur malum, 11
 Et in crudelem nuncium incidet. *Vindictam*
prohibet.
- Satius est occurrere vrisæ orbatae, 12
 Quàm stulto in stultitia sua.
Nihil intractabilius insipiente fortunato.
- Si rependas malum pro bono, 13
 Non discedet malum à domo tua. *Damnat in*
- Litis initium perinde est, ac sicubi alueū *gratos.*
 ruperit aqua, 14
 Et ex maledictis lis latè spargetur. *Lis litem*
- Abominatur Deus cū eū qui iustificat *serit.*
 impiū, tum eum qui damnat iustum. 15
- Quid prodest preciū stulto, cū ad emen- 16
 dam sapientiam cor non habeat?
- Semper diligunt amici, & in aduersitate 17
 frater agnoscitur.
Amicus certus in re incerta cernitur.
- Qui stipulatur ac spondet pro proximo, 18
 stultus est.
- Diligit

P R O V E R B I A

19 Diligit peccatū, qui diligit contentiones,
Et ruent qui superba moliuntur.

Superbi contentiosi, & vindictæ cupidi sunt.

20 Peruersus corde non inueniet bonum,
Et peruersus lingua incidet in mala.

21 Adcersit stultus afflictionem sibi,
Et non gaudebit stulti pater.

22 Cor lætum exhilarat vitam,
At tristitia animi arefacit ossa.

Bonæ conscientie præconium.

23 Munus è sinu impius accipit, vt deprauet
semitas iudicij.

Impij immoderata capiunt.

24 Coram cordato est sapientia,
At oculi stultorum passim vagantur.

25 Patrem ac matrem dolore adficit filius
stultus.

26 Malum est damnum iusto dare,
Aut principē iusta iudicātem percutere.

Magistratus religiosè coli præcipit.

27 Qui parcè loquitur, sapit,
Damnatur Nec est inutilis spiritus homini cordato.

arrulitas. 28 Vel stultus sitaceret, sapiens reputaretur,
Et videretur sapere, si clauderet labia.

C A P V T X V I I I.

Morosi nihil candidè interpretantur.

I **C**Vi voluptas est diffensionem con-
citare,

Is

SALOMONIS.

Is captat ubiq; rixandi occasionem.

Non libet stulto intelligere,

Sed tractare ea, quibus ipse capitur.

Cum venit impietas, venit etiam contemp-
tus, & dedecus, & contumelia.

Verba viri velut profundæ aquæ sunt,

Et fons sapientiæ velut uberrimum flu-
men.

Personam impij præferre non est bonum,

Vt iustum à iudicio abducas.

Labia stulti rixantur,

Et os eius pugnam prouocat.

Stulti contentionum autores.

Os stulti sibi exitio est,

Et labia eius laqueus animæ eius.

ἀχαλίνωρ σωματίωρ, &c.

Verba delatoris verbera sunt,

Et penetrant ventrem.

Plures necat lingua, quàm gladius.

Cessare, perinde est, ac dissipare rem.

Non minor est virtus quàm querere parta tueri.

Arx munita, nomen Domini,

Ad eam curret iustus, & defendetur.

Nomine Domini defendemur, non nostris viribus. Γλῶσσο

Opes diuitis sunt ei vrbis munitæ, & mu-
ri loco. ὕβρις.

Ante ruinam eleuatur cor humanum,

Et anteit gloriam deiectio.

D

Tollun-

2

*Suum cuiq;
pulchrum,*

3

*Spiritualis
iudicat om-
nia.*

4

5

*Stulti con-
tentionum
autores.*

6

7

8

9

10

11

12

P R O V E R B I A

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

13 Qui responderit priusquam audierit,
Stultus est, & confunditur.

*Μήτε δὲ λέω δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μὴ δ' οὐ
ἀκῶσῃ.*

14 Hilaris animus finit ægri tudinem.

Et spiritum tristem quis feret?

Nulla res humana mederi potest malæ cōscientiæ.

15 Cordati probè iudicant,

Et auris sapientum quærit scientiam.

Non pronunciant p̄ temerè.

16 Munus hominis facit ei viam,

Et in conspectu potentum perducit.

Contrà, Ἥποκριτὰ ἄλλοις δὲ δέει, ἑαυτοὺς δὲ οὐκ ἐδιδάσκουσιν. Ro. 2.

17 Iustus primùm accusat sese,

Et veniente proximo paret.

18 Contendentes fors componit,

Et inter fratres dijudicat.

Concordia parvæ res crescunt.

19 Præstat habere coniunctũ fratrem, quàm
urbem munitam.

Et litigantes sicut repagulum palatij.

20 De fructu oris vir saturatur.

De prouentu labiorum venter satu-
ratur.

21 Mors & vita in linguæ potestate sunt, &
qui curant linguam, comedent fru-
ctus eius.

Inue-

SALOMONIS.

Inueniens vxorem, inuenit bonum,
Et hauriet voluptatem à Domino.

32

*Laus coniugij, A Domino, inquit, bonum hauriet:
quia id vitæ genus multas adflictiones adfert.*

Placidè loquitur egenus,
Diues durè respondet.

32

Comitas

Vir comis amicos sibi adiungit,

amicos

Et amicus adhæret firmitus fratre.

parat.

CAPVT XIX.

Melius est egeno qui probè ambu-
lat, quàm stulto, qui praua la-
bia habet.

1

Vbi non est scientia, malè habet homo,
Et qui velox est, pedibus impinget.

2

Inconsulti: facile ruunt.

Stultitia hominis euertit eum,
Et cor eius Deo indignatur.

3

Tales sunt qui non perferunt crucem, Num. 14.

Diuitiæ augent amicos,

4

Et pauper etiam ab amicis deseritur.

Vulgus amicitias utilitate probat.

Mendax testis non erit impunitus,

5

Et quisquis mendacia dicit, nō euadet.

Multi fidunt in persona principis,

6

Et nemo non est amicus eius, qui mu-
nera dat.

Omnes fratres pauperis oderunt eum, &
propinqui eius procul discedūt ab eo.

7

D 2

Qui

P R O V E R B I A

8 Qui verba spectat, fallitur,
Qui sapit, benè habebit, & prudentes
inuenient bonum.

9 Testis mendax non erit impunitus,
Et loquens mendacia peribit.

10 Non decent stultum delitiæ,
Tantū ab est vt deceat dominari prin-
cipibus seruum.

Secūda res stultos .i. incautos demētant et perdūt.
11 Patientes sapiunt, & delictum dissimula-
re gloriosum est.

12 Ceu fremitus leonis, sic Regis est indi-
gnatio,
Et beneuolentia eius est perinde vt ros
super herbam.

Metui vult Magistratus.

13 Calamitas patri, est stultus filius,
Et mulier morosa est assiduū stillicidiū.

14 Domus & diuitiæ hæreditate obueniunt
à parentibus,
A Domino prudens vxor.

Dei donū prudēs vxor, nō deligitur nostro iudicio.

15 Pigritia soporem parit,
Et ociosus fame peribit.

16 Seruans mandatum seruat animam,
Qui vias suas negligit morietur.
Largiri pauperibus. Fœnerat Domino qui miseretur egeni, &
retribuetur ei.

Casti-

SALOMONIS.

Castiga filium tuum, dum spes est fore ut
corrigatur. 18

Nec commoueare ut occidas eum.

Ne cessa castigare: tamen si non statim succedit res.

Magna enim ira detrimentum adfert, ni-
si coherceatur. Dimitte eum, ut &
deinceps corripias. 19

Audi consilium, & admitte castigationē,
ut & deinceps sapias. (sunt, 20

Multæ cogitationes in corde hominis
Consilium autem Domini stabile est. 21

*Eueniunt, non quæ nos instituimus, sed quæ
Deus decreuit.*

Decora est homini beneficentia eius,
Et melior est pauper quàm vir men-
dax. 22

Timor Domini vitā adfert, & exaturabit,
& habitabit sine visitatione mala. 23

Timor Domini etiam in cruce vitam adfert.

Abcondit piger manus in sinum,
Ne ad os quidem admouet. 24

Si subsannator mulctatus fuerit,
Imperitus erit callidior. 25

Si intelligentem argueris cautior erit. 26

*Deus punit impios, ut erudiat pios: ut adparet in
Aegyptijs & Israëlitis.*

Qui vexat patrem & fugat matrem,
turpis est, & probro dignus. 27

PROVERBIA

28 Cessa audire fili eruditionem,
à verbis scientiæ seducentem.

Cauenda doctrina impia.

29 Nihili testis ridet iudicium,
Impiis mi- Et os impiorum deuorat iniquitatem.
natur. Parata sunt derisoribus iudicia,
& plagæ tergo stultorum.

CAPVT XX.

Damnat ebrietatem.

1 **S**ubsannatores facit vinum, & tumul-
tus parit ebrietas,

2 Quisquis illa delectatur, non erit sapiens.
Terror regis est perinde vt rugitus
leonis

3 Qui offendit, peccat anima eius.
Desistendū *Docet metuendos esse magistratus.*

à lite. Gloria homini est desistere à lite, & om-
nes stulti conuiciabuntur.

4

5 Propter frigus piger non arat, & mendi-
cabit in messe, & nihil impetrabit.

Spirituualis Velut aqua profunda est consiliū in cor-
omnia iudi *cat.* de viri,

6

At vir intelligens exhauriet.

Nusquam Pleriq; benefici vocantur,
vna fides. Fidelem autem quis inueniet?

7

Beati filij sunt iusti probè ambulantis.

8

Rex sedens in folio iudicij, dissipat o-
mne malum intuendo.

OCC-

SALOMONIS.

- Oculus domini multum prodest in rebus omnibus gerendis.
- Quis dicet, purum est cor meum? 9
 Mundus sum à peccato?
- Variare pondera, variare mensuram, 10
 Abominabile apud Deum est.
Vetat violare ius publicum.
- Ex studijs suis cognoscitur puer, 11
 Munda & recta sunt eius facta. *Studia mentem indicant.*
- Vt auris audiat, vt oculus videat,
 Dominus facit.
- Non sapimus, non prouidemus, nec admoniti quidem, nisi Deus excitet nos. 12
- Ne dilige sōnū, ne opprimaris egestate. 13
 Si aperueris oculos, saturabere pane.
- Malum est, malum est, dicunt cū tenēt. 14
 At cū amiserint, laudant.
- Præsentia fastidiuntur. Optat ephippiabos piger,
 optat arare caballus.
- Magni fiunt aurum & gemmæ, 15
 Sed preciosius vas labia scientiæ sunt. *Sponde*
- Eripe vestimentū ei qui pro altero spondet, & pignus ab eo accipe, *noxa praest.*
- Cū ille alienus sit, p̄ qui se obstrinxit. 16
- Dulcis est homini panis fraude partus, 17
 Postea verò os eius arena replebitur.
Impietas arridet, sed perdit.
- Consilio propositum fortunatur. 18

D 4 Et

P R O V E R B I A

Et consilijs geretur bellum.

19 Ne coniunge te cum susurrone,
qui arcana reuelat, & blanditijs fallit.
Non audiendos esse delatores.

20 Qui maledicit patri aut matri, extingue-
tur lumen eius in medijs tenebris.

21 Hæreditas præpropæra principio,
postea non benedicetur.

*Periculosum est, si res sine cruce succedit: ideò fe-
licius est regnum Dauidis quàm Sauli.*

22 Ne dic, reddam malum, sed expecta Do-
minum, is saluabit te.

indictam Abominabile est Domino variare pōde-
rohibet.

23 Et statera fallax non est bona. (ra,

24 Omnium gressus à Deo sunt,
Et quis homo intelligit viam suam?
Diuinitus omnia reguntur.

25 Laqueus est sancta contumelia adficere,
Et postea vota facere.

26 Dissipat impios Rex sapiens,
Et vertit aduersus eos rotam.

Sapiens magistratus cauet impia consilia.

27 Exhilarari à Deo vita est hominis, & pe-
netrat totum corpus.

28 Beneficentia & veritas custodiunt regē,
Et fulcitur thronus eius beneficentia.

29 Corona iuuenum est robur eorum,
Et decus senum est canicies.

Vulne-

SALOMONIS.

Vulnera ac plagæ medentur malis.

30

CAPVT XXI.

COr regis in manu Dei est, sicut flu-
dat nos crimi-
mina aquarum, quorsum volet, in-
ce.

Sua cuiq; via placet, (clinabit.

Dominus verò corda impellit.

Facere iustitiam & iudicium, melius est

apud Deum quàm victimæ.

Sublimes oculi & superbum cor,

Impiorum felicitas peccatum est.

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

Consilia seduli planè abūdantiā pariunt,

Præcipites autem egebunt.

Qui colligit thesauros lingua mendaci,

Frustrabitur & periclitabitur de vita.

Rapinæ impiorum erunt eis exitio:

Quia noluerunt iuri obsequi.

Improbi opera peruersa sunt,

At mundorum recta.

Satius est in angulo tecti habitare,

Quàm cum muliere morosa in domo

Anima impij desyderat malum, (ampla.

Et fastidit proximum suum.

Impij vel cum alieno incommodo sibi volunt con-

sultum, sicut Tyranni.

Dum mulctatur subsannator, imperitus

commonefit,

Et sapientes scientiam accipiunt.

D 5

Deus

Deus emen

dat nos crue

ce.

1

2

3

Psal. 49.

4

5

σπευδε

εραδ' εως.

6

7

8

9

10

11

PROVERBIA

Deus punit impios, vt pios commonefaciat.

12 Erudit iustus domum impij,
Sed defleētunt impij ad mala.

13 Qui obstruit aurem pauperum clamori,
Clamabit ipse vicissim, nec exaudietur.

Misereri pauperum precipit.

14 Donum clandestinum placat iram,
& munus in sinu vehemētem iram.

15 Gaudium est iusto facere iudicium:
exitium, facere iniquitatem.

16 Qui aberrat à via prudentiæ, inter mor-
tuos erit.

17 Redigitur ad inopiam, qui amat gaudia,
Et quisquis amat vinum & pinguedi-
nem, non ditescet.

Parsimonia magnum vectigal.

18 Impij plectuntur pro iustis,
Et pro rectis contemptores.

*Impij tamen si exitium machinentur iustis, tamen
sibi ipsis sunt exitio.*

19 Satius est in terra deserta versari, quàm
cum muliere morosa & iracunda.

20 Preciosus thesaurus & oleum in domo
sapientis est:

At stultus homo dilapidat.

Sapientia est conseruare rem familiarem.

21 Qui sectatur iustitiam & beneficentiam,
reperit vitam, iustitiam & gloriam.

Pis-

SALOMONIS.

Pietatis fructus sunt, vita, gloria, opes: non parantur humana industria.

Fortium urbem expugnat sapiens, 22

Et fortib. ipsorū confidentia exitio est.

Confidentia obest: ut Pharaonis exitium testatur.

Qui custodit os suum, & linguam suam, 23

custodit animam suā à tribulationibus.

Superbi temerè audēt, & subsannatores 24

in ira temeritatem designant.

Nimum confidunt superbi, ut Pharaon.

Cupiditates pigræ occidunt eum, quia 25

noluerunt manus eius laborare.

Piger perpetuò cupit, 26

Iustus verò dat, & non comparcit.

Imolatio impiorum est abominatio, 27

Quia per scelus offertur.

Psal. 49

Testis mendax peribit, 28

Et qui solet auscultare, is vicissim au-

dietur.

Pertinaciter pergit vir impius, 29

Recti verò via fortunatur.

Non est sapientia, non est prudentia, 30

Non consilium contra Dominum. *Psal. 31*

Equus paratur ad bellum, 31

A Deo verò victoria proficiscitur.

CAPVT XXII.

Fama præferenda est magnis opibus, I

Et gratia melior est argēto & auro.

Ver-

PROVERBIA

- 2 Versatur apud opulentum pauper,
Deus autor Facit vtrunq; Deus.
asperta- Callidus mala præuidet, & euitat,
is. Et imperiti dum perrumpunt, dam-
 3 num accipiunt.
- 4 Penes abiectos qui Deum timent,
humilibus diuitiæ, gloria, & vita sunt.
lat gratiã. Cuspides & laquei in via peruersi sunt.
 Qui procul inde refugit, custodit vitã
- 5 Si institueris adolescentẽ in via sua, (suã.
 in eadem & senex perseuerabit.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
testa diu.
- 6 Diues pauperibus imperat,
 7 Et qui mutuo accipit, seruus est fœnera-
 toris.
- 8 Qui mala seminat, mala metet,
 & plaga perdet eum.
- 9 Liberali oculo benedicetur,
deus bene- quia dat de pane suo egenti.
icit largis. Si pepuleris subsannatorem, cessabit cõ-
itandi im tentio, sedabiturq; lis & conuitium.
i. Rex amicus est eius qui mundiciam cor-
 dis diligit, & labiorum gratiam.
- 10 Oculi Domini obseruant scientiam,
 11 Et contemptoris consilia frustrantur.
- 12 Piger ait leo foris est, in platea interficiat,
 Fouea profunda os scorti est.

Cui

SALOMONIS.

Cui irascitur Dominus, is in eam incidet. 13

Stultitia agnata est cordi adolescentis,
Virga verò castigatrix eximet eam. 14

Pueritia per paedagogiam coercenda.

Qui iniuria adficit pauperem, vt ditescat
ipse, 15

Is dabit ditioribus alijs, & egebit ipse. 16

Accommodata aurem, & audi verba sa- 17

pientum, & animaduerte ad doctrinam
meam: Est enim pulchra, si eam serues in
pectore tuo, & labijs tuis feliciter tracta-
bis eam.

Commonefacio hoc assiduò, vt in Do- 18
minum colloques fiduciam tuam, tu am-
plectere.

*Quid doceat in summa verbum Dei: fidem
quam non docet ratio.*

Nónne tradidi tibi multipliciter confi- 19
lia & scientiam, vt docerem te veritatem
quàm certissimam, vt interrogantibus
vera respondere possis.

Ne deprædere pauperem, eo quòd sit
pauper.

Nec opprimas adflictum in porta, quia
Dominus causam illorum iudicabit, &
perdet eos, qui illis vim attulerint.

*Ad portas iudicari res solebant in
publico loco.*

Ne

PROVERBIA

20 *Vitandi iracundi.* Ne habeas commercium cum homine iracundo, & cum viro furioso ne versere, ne addiscas mores eius, & accipias scandalum animæ tuæ.

21 Ne sis inter eos, qui spondent, aut fidē obstringunt apud fœneratorem. Nam si non potueris persolvere, auferet à te lectos tuos.

22 Ne transfer priscos limites, quos maiores tui instituerunt.

23 Qui mandatum maturè exequitur, stabit coram Regibus, nec inter obscuros relinquetur.

CAPVT XXIII.

Dulcis in expertis cultura potentis amici.

1 **C**VM accumbis vt comedas cū principe, obserua quæ proponantur, & intenta cultrum gutturi tuo, vt vitam tueare.

2 Ne cupias cibū eius, est enim fallax cibus. Ne labora, vt ditescas: à cōsilijs tuis cessa. Ne adfectes id, quod consequi nō potes, Faciet enim alas sibi, & velut Aquila ad cælum subuolabit.

3 Ne comede cibum inuidi, & ne cupias illum: Nam ipse velut præstigiator fallit, cū ait, comede & bibe, & apud animū inuidet tibi.

Inui-

SALOMONIS.

Inuidos vitandos esse.

Portionem quam comediti, euomes,
& perdes sermones tuos suaues.

Auribus stulti ne loquaris,
Contemnit etiã prudentiã sermonis tui.

Margaritam vetat porcis obijcere,

Ne loco moueas priscos limites,
Et in campũ pupillorum ne irrumpas:

Nam vindex eorum fortis est, iudica-
bit eorum causam aduersus te.

Accommodata cor tuum castiganti,
Et audi sermones scientiã,

Ne cesses castigare adolescentem:

Si percusseris virga, non morietur.

Si virga eum verberaueris, ex inferis
animam eius eripies.

Fili, si sapiens fuerit cor tuum, gaude-
bit cor meum, Exultabunt renes mei, cũ
rectè loquentur labia tua.

Ne æmuletur cor tuum peccatores,
Sed timeas Dominum semper.

*Tamei si impij floreant aliquantisper, tamen
tandem peribunt.*

Expecta postrema, nec frustraberis,
si expectaris.

Audi fili mi, & eris sapiens, vt benè ha-
beat in via cor tuum.

Ne sis inter potatores & comessatores,
Nam

4

5

6

7

*Padagogi-
am preci-
pit.*

8

9

10

11

12

P R O V E R B I A

Nam potatores & comessatores redigen-
tur ad inopiam, & laceris vestibus vtetur
somnialetus.

13 Audi patrem tuum qui te genuit, & ne
contemnas matrem tuam natu grādem.

Veritatem, sapientiam, eruditionem, &
intelligentiam compara, nec vende.

Iusti pater lætabitur, sapientis genitor
gaudebit de filio.

Gaudebit pater tuus, & mater tua, &
genitrix tua, obtempera, & oculis tuis
viæ meæ placeant.

Est enim profunda fouea meretrix, &
puteus angustus scortum.

Hæc perinde, ac prædones solent, insi-
dias struit, & incurios ad se allicit.

Vbi væ? vbi eiulatus? vbi rixæ? vbi insi-
diæ struuntur? Vbi fit, vt nihil meriti sau-
cietur, vbi rubent oculi?

Nimirū hæc accidunt inter pocula ijs
qui confluunt vt exhauriant quidquid in-
fufum est.

*Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas: in prælia trudit inermem.*

Ne inspice vinum cū rubescit, cū pellu-
cet per vitrum color eius, & arridet: po-
stremò velut serpens mordebit, & velut
aspis punget, oculi tui spectabūt alienas
mulieres,

SALOMONIS.

mulieres, & cor tuum cogitabit peruer-
sa, & eris perinde ac iacens in medio ma-
ri. Supra autē antennā percusserunt me,
inquires, & non dolui: Vulnerauerunt
me, & non sensi. Quando verò expergi-
scar, vt rursus incipiam perpotare?

CAPVT XXIIII.

Multos fallunt secunda res impiorum.

NE æmuleris viros malos, ne cupias
apud eos esse. Nam damna medita-
tur cor eorum, & perniciofa loquuntur
labia eorum.

Sapientia ædificatur domus, & intelli-
gentia, & cubicula implet scientia, omni-
bus opibus preciosis & pulchris.

Vir sapiens fortis est, & vir intelligens
præstat robusto. Nam bella geruntur in-
dustria, & victoriā pariūt multa consilia.

Altior est sapientia, quàm vt adsequa-
tur stultus, & in porta, hic ne os quidem
aperiet.

Sibi machinatur malum autor sceleris,

Consilia stulti peccata sunt.

Et subsannator est abominatio apud ho-
mines.

Nihili fortitudo est, si in aduersis re-
bus parum firma fuerit patientia.

E Forti-

PROVERBIA

*Fortitudo est in aduersis rebus voluntati Dei
non aduersari.*

8 Eripe eos, qui ad mortem rapiuntur,
& opem ferijs, qui pertrahuntur ad cedē.

Si dixeris, Non noramus, ecce cordiū
arbiter animaduertet, & obseruator ani-
mæ tuæ deprehendet, is reddet cuiuis iu-
xta opera sua.

*Tametsi floreant aliquantisper impij, tandem
tamen peribunt.*

9 Comede mi fili mel, est enim bonum,
& fauum dulcem palato tuo. Sic est ani-
mæ sapientia, vbi inueneris, & restant po-
strema, nec frustrabitur expectatio tua.

10 Ne insidieris impiè habitaculo iusti, ne
interturbes quietem eius. Septies enim
cadet iustus, & impij impingent in mala.

11 Si lapsus fuerit inimicus tuus, ne gau-
deas: & si impegerit, ne exultet cor tuum,
ne videat Dominus, & afflictio Domino
adpareat, vt auertat ab illo iram suam.

12 Ne æmulare malos, nec inuideas im-
pijs. Nihil enim boni superest quod spe-
ret malus, lucerna impiorū extinguetur.

Lucerna, gloria, res secunda.

13 Time Dominum fili, & Regem, & cum
Seditiosos seditiosis ne commisceare: Mox enim in-
damnat. stabit interitus eorum, & ruinam eorum
quis scit? ETIAM

SALOMONIS.

ETIAM HAEC SAPIENTES

precipiunt.

Speculare personam in iudicio, non est bonum.

Qui dicit impio, iustus es, maledicit ei, & succensebit populus.

Qui arguunt, amabiles sunt, & largè benedicetur eis.

Labia osculi, quæ respondent adpositè.

Necessaria prius curanda.

Primum perface foris opus tuum, & exerce agrum tuum.

Postea ædificato domum tuam.

Non sis testis iniquus aduersus proximum tuum, nec allicias labijs tuis.

Ne dicas, quemadmodum fecit mihi, sic faciam ei.

Reddam vnicuiq; secundum opera sua.

Agrum hominis pigri præterij, & vineam hominis stulti.

Et ecce totum obruerant vrticæ, & tangebant spinæ, & murus collapsus erat. Et vidi, & consideraui, vidi vt erudirer. Paululum dormies: paululum obdormisces: paulisper conseres manus ad dormitandum. Veniet tanquam viator paupertas tua, & egestas non secus atq; latro.

CAPVT XXV.

E 2

SVNT

P R O V E R B I A
S V N T E T H A E P A R A B O L A E
Salomonis, quas inseruere viri
Ezechia Regis Iuda.

Deus sic facit omnia, vt mundus tamen non intelligat: At reges inquirere oportet.

GLoria Dei est verbum calare,
At gloria regum est id inquirere.

Vt nec altitudo cœli, nec terræ profunditas comprehenditur:

Ita nec cor Regis perscrutabile est.

Si rubiginem de argento abstuleris, vas purum fiet.

Si impietatem à Rege abstuleris, fortunabitur iustitia thronus eius.

Non astutia, sed pietas fortunabit Regum cōsilia.

Ne iactes te in conspectu regis, & in locum magnorum ne irruas. Est enim fatius, vt dicatur tibi: Ascende huc, quàm detrudi à conspectu principis, quem aspexerant oculi tui.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis

Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Ne properes litigare, ne quid facias, quod postea proximum tuū confundat.

Causam tuam iudicet proximus tuus, & arcanū alterius ne reuela, ne contumelia adficiat te audiēs, & infirmare pergat.

Aurea

SALOMONIS.

Aurea mala in argenteis tabulis, ver-
bum dictum opportunè.

Sapiens gaudet reprehendi.

Velut torquis aureus, & aureum mo-
nile, est increpatio apud sapientem qui
auscultat.

Magistratus laudatur, qui officium suum facit.

Sicut in messe frigus hybernū recreat,
ita nuncius fidelis recreat eum qui misit,
& anima domini eius acquiescit.

Nubes & ventus sine pluuia, is est, qui
gloriatur pollicendo, & nihil præstat.

Nil geschreys/wenig Wollen.

Patientia placabitur princeps, & lin-
gua mollis frangit duros.

Vbi mel repereris, comede quantum
satis est, ne saturatus reuomas.

*Ne verbum Dei carnali cupiditate aut
iudicio hauriatur.*

Reuoca pedem tuum à domo proxi-
mi tui, ne fatur tui, oderit te.

Hasta & gladius & sagitta acuta est vir, *Fastid*
qui aduersum proximum suum falsò te-
stificatur. *tur pro*

Dens malus, & pes vacillans, est fidu-
cia contemptoris in die tribulationis.

Prauo corde carmen canere, perinde est,
atq; laceris vestiri in frigore, & acetum
vino addere.

E 3

Ve-

PROVERBIA

Vetat sanctum dare canibus.

7 Si esurierit is qui odit te, pasce eum pane: & si sitierit, pota eum aqua.

8 Prunam enim cumulabis super caput eius, & Dominus reddet tibi.

plato- Aquilo pluuiam pellet,
At vultus serenus linguam delatricem.

19 Satius est sedere in angulo tecti, quam in domo ampla cum muliere rixatrice.

o Aqua frigida ei, qui linquttur animo, nuncium bonum est ex terra longinqua.

Fons conturbatus, & scaturigo corrupta, iustus lapsus coram impio.

Impij offenduntur rebus in aduersis piorum.

22 Non est bonum immodicè multum mel edere,

Sic & qui grauia scrutatur, obruetur.

Vetat verbum Dei haurire carnali cupiditate, aut iudicio.

23 Vrbs patens sine mœnibus,

Vir qui non cohibet spiritum suum.

Eximia est virtus prestare silentia rebus.

CAPVT XXVI.

Rebus secundis incauti dementantur, vt in Saul apparet.

VT nix in æstate intempestiua est, & imber in messe,
sic nec decet stultum gloria.

Quem

SALOMONIS.

Quemadmodum aufugit avis, & præter
uolat hirundo,

2

Sic ementitum conuitium non lædit.

Mendacia non ledunt.

Flagellum equo, frenum a fino,
Virga tergo stultorum.

3

Præcipitu

Ne respondeas stulto de stultitia eius,
ne similis ei fias.

παιδα

γωγία.

Post vnã atq; alterã admonitionẽ αἰρετικὸν
hominem deuita.

Responde stulto de stultitia eius,

4

Ne sapere sibi videatur.

5

Qui per nuncium stultum rem gerit, Est
velut claudus pedibus & damnum acci

6

Ignauima

Vt claudus pedes erigere nequit,

(pit. gistratus.

Sic sunt sententiæ in ore stultorum.

Impij non possunt rectè vti verbo Dei.

7

Stultum honore afficere, perinde est ac
gemma in πολυάνδριον conijcere.

8

*Rebus secundis incauti dementantur, Gemma
coniecta in polyandrion, hoc est, locum fœdum: in
aceruum lapidum, vbi de fontibus supplicium su-
mitur, perit. Eadem sententia est in Laberianis Mi-
mis. Loco ignominia est apud indignum dignitas.*

Spina condita in manu ebrij,

Sententia est in ore stulti.

9

Gerenda

Vir peritus omnia rectè efficit,

res per p

Qui verò conducit stultos, negligentes
conducit.

tos.

E 4

Si-

PROVERBIA

- Sicut canis rediens ad vomitum,
 11 Stultus est ingeminans stultitiam suā.
 12 Si videris virū qui sibi sapere videtur,
 de stulto melius speres, quā de eo.
φιλαυτοι haud ferè corriguntur. 10. 19. Quia
dicitis, videmus.
- 13 Piger ait, Leopardus est in via, Leo in
 plateis.
 Sicut fores in cardine suo voluuntur, sic
 voluitur piger in lecto.
- 14 Abscondit piger manum in sinum, pi-
 get & ad os admouere.
- 15 Plus sibi sapere videtur piger,
 Quā septem qui sententias docent.
Pigri hypocritas significant, qui videntur labora-
re, & tamen officium suum non faciunt.
- 16 Qui transit ad litem sua nihil referen-
 tem, perinde est, atq; si canem vellicet au-
 ribus ac laceffat.
Was dich nit brendt/das blasß nit.
- 17 Ut qui abscondit se, iaculaturq; sagit-
 tas flammeas, & mortiferas,
 Sic is est, qui frustratur amicum suum, &
 dicit, ioco facio.
- 18 Ignis extinguitur, vbi ligna non alunt.
 Sic sedatur cōtētio, vbi delator abfuerit.
- 19 Carbo prunas, ligna ignem accēdunt,
 Vir contentiosus rixam.

Verba

SALOMONIS.

Verba delatoris perinde sunt ac verbera, penetrantq; penetralia pectoris. 20

Non est remedium aduersus sycophantæ morsum.

Vt conuenit si argenti scoria vas fictile obducatur: 21

Ita labia venenata, cum malo corde congruunt.

Dignum patella operculum. Spurcum os improbo pectore.

Labijs suis prodit se inimicus, & cum adpropinquat, struit insidias. 22

Cum blanditur inimicus fallit.

Cum voce sua blandietur, ne credas ei, Sunt enim in corde eius multæ abominations. 23

Si quis texerit odium suum, vt damnûdet, reuelabitur eius malitia in cœtu. 24

ἡδὲ κακῆ

βῶλη &c.

Fodiens foueam in eam ruet,

Et aduoluens saxum, in ipsum impinget.

Lingua mendax non fert improbantē.

Et os blandum perniciem adfert.

Impij non ferunt castigantem.

CAPVT XXVII.

Ne ante victoriam ἐπιβίβῃς.

NE glorieris de die crastino, nescis enim quid hodie accidere possit. I

E 5

Præ-

P R O V E R B I A

2 Prædicet te alienus, non os tuum: pe-
regrinus, non labia tua.

3 Grauis est lapis & ponderosa arena,
Vtroq; grauior est ira stulti.

Imperito nihil iniustius.

4 Crudelis est iracundia & ira,
Et quis coram inuidia consistet?

5 Melior est manifesta correptio,
Quàm clandestina dilectio.

6 Fidelia sunt vulnera inflicta à diligente,
Et oscula inimici contumeliosa sunt.

Charitas amat etiam cum seuit.

7 Anima satura fauum etiam calcet,
Et animæ esurienti etiam amara dul-
cia sunt.

*Esurientes implentur bonis: iuxta Canticum
Mariæ.*

8 Sicut auis est, quæ nidum deserit,
Sic vir est, qui deserit locum suum.

Ἐπάρτα μὲλαχες, πάντα μὲν κόσμῳ.

9 Vnguentum & aromata delectant cor,
Dulcior autem amicus est, propter cõ-
siliium animæ.

10 Amicum tuum, & amicum patris tui ne
deseras.

Et domum fratris tui ne ingrediare,
tempore calamitatis tuæ.

Veteres amici colendi.

Melior

SALOMONIS

Melior est vicinus propinquus, quam fra-
ter longinquos.

11

Γείτονες ἀλλοσοι ἐνιορ, ἴωσ' αὐτο δὲ πηοί.

Disce sapientiam, mi fili, & gaudebit cor
meum, vt respondere possis ijs qui mi-
hi conuitium faciunt.

12

Callidus videt malum, & absconditur, Im-
periti pergunt, & damnum accipiunt.

13

Imperiti pergunt obstinati, vt Pharaon.

Der Haspel muß in Saef.

Vestem ab eo auferas, qui pro alieno
sponderit. Et cū ille alienus sit, pignus
accipe.

14

Prædicans amicum suum magnis cla-
moribus manè confurgens, maledicere
ei iudicabitur.

15

Immodica laudes sunt suspectæ.

Similis est stillicidio assiduò cū pluit,
rixatrix mulier. Qui cohibet eam, ven-
tos cohibet, & oleum manu retinere co-
natur.

16

Ferrum ferro acuitur,
Et vir acuitur amici congressu.

17

Σύντε δ' ὑέρχομένω καὶ τὰ πρότα ἐνόησε.

Seruans ficum, vescitur fructibus eius,
Et obseruans dominum suum, honore
obseruatur.

18

Parsimonia magnum vectigal.

Vt

PROVERBIA

- 19 Vt facies in aqua resplendens, fallit,
Ita inter se corda hominum solent.
Taxatur perfidia.
- 20 Infernus & perditio non saturantur,
Ita nec hominis oculi saturantur.
Cupiditas inexplebilis.
- 21 Argentum in vase purgatur, aurum in
fornace.
Homo verò laudantis ore probatur.
- 22 Si stultū contriueris pistillo ceu triticū
in mortario, non discedet ab eo stultitia.
- 23 Tuum pecus contemplare, & gregem
diligenter cura.
Impij non emendantur ad afflictionibus.
Σπάρταρ ἄρ ἔλαχες, τὰνταρ κόσμει.
- 24 Neq; enim perpetuo tenebis has opes,
& gloria non durat à seculo ad seculum.
Prodit fœnum & virescit, donec deme-
tatur.
Oues habes, quæ vestiant te, & hircos,
quibus venditis, sumptus pares in agri-
cultura faciendos.
Lac caprarum supeditabit victum ti-
bi & familiæ, & ancillis tuis.
- CAPVT XXVIII.**
- 1 **F**Vgit impius, tametsi nemo persequa-
tur.
Iusti verò perinde ac leo confidunt.
Propter

SALOMONIS.

Propter peccata populorum fit, vt alij
subinde imperent. 2

*Imperia sapè mutari calamitosum est, mutantur
autem propter peccata populi.*

At propter cordatos homines proro-
gabitur imperium.

Vir pauper qui pauperes iniuria adfi-
cit, perinde facit atq; imber putrefaciens
& corrumpens segetem. 3

Impios prædicanti, qui legem deserunt,
Cōtrà succensens eis hi, qui legē seruant. 4

Mali non intelligunt iudicium. 5

Verū q̄ Deū quærunt, omnia intelligūt.

Facta Dei, pœnas et beneficia nō considerāt impij.

Melius habebit pauper probus, quàm
diues improbus. 6

Prudens est, qui legem seruat, 7

Helluo verò patrem confundit.

Qui opes suas fœnore auget, & immo- 8

dico quæstu coaceruat, vt in inopes effun-
dantur.

Malè partum peius dilabitur.

Qui recusat legem audire, illius preca-
tio etiam est abominabilis. 9

Qui rectos seducit, in foueam incidet, 10

Et probis bona euenient.

Diues sapere sibi videtur, 11

At pauper prudens explorat eum.

Res



PROVERBIA

- 12 Ressecundæ iustorum magnam gloriam pariunt.
 Cum verò euehuntur impij, commutantur res hominum.
Cùm iusti florent, benè habent Respub. Contra pessime eunt, cùm impij imperant.
- 13 Qui celat sua flagitia, malè habebit.
 Qui vero confitetur, & deserit, is misericordiam consequetur.
- 14 Beatus est, qui semper pauidus est,
 Duri ruent in mala.
Præconium timoris.
- 15 Ceu Leo rugiens ac esuriens Vrsus,
 Tyranni Est princeps impius pauperi populo
 ἐκτορ. Si princeps imprudens fuerit, multæ fi-
 16 iniuriæ,
 17 At si oderit iniuriam, diu imperabit.
 Qui iniuriam facit, ad sepulchrum vsque profugus erit.
- 18 Nec quisquam sustentabit eum.
 Probi salui erunt,
- 19 Qui verò vias suas peruertit, semel corruet.
 Qui exercet agrum suum, satiabitur pane,
 At qui ocio indulget, egebit.
Præcipitur labor.
- 20 Viro fideli valdè benedicetur,

SALOMONIS.

Et veloces ad diuitias parandas non erunt innocentes.

Benedictione diuina ditescimus.

Spectare personam non est bonum, 21

Nam propter fructū panis illi peccant.

Qui properat vt ditescat, & inuidet alijs, 22
nescit egestatem sibi impendere.

Qui arguit hominem, postremò gratior erit ad sentatore. 23

Veritas tandem vincit & probatur.

Qui de prædatur parentes, & negat id esse peccatum, is socius est homicidæ. 24

Superbus excitat lites, 25
At qui fidit Deo, pinguescit.

Qui non cedunt, ferè autores sunt magnorum motuum & tumultuum.

Qui confidit suo cordi, desipit, 26
At qui sapienter ambulat, benè habebit.

Desipere est, nostris consilijs fidere.

Qui pauperi dat, non egebit, 27
Maledicetur aut auertenti oculos suos.

Precipit largiri egentibus.

Cùm euehantur impij, absconduntur homines. Et cùm perierint impij, iusti benè habebunt. 28

CAPVT XXIX.

Qui aduersus increpationes dura cervice est, subito peribit. 1
Nec

PROVERBIA

Nec mederi ei quisquam poterit.

Sicut Pharaon cum corrigi nollet perijt.

2 Cùm florent iusti, populus benè habet.

Cùm dominantur impij, luget populus.

3 Qui diligit sapientiam, gaudio adficit patrem suum.

4 Scortator autem perdet opes.

Iudicio Rex ditionem firmam facit,

Qui donis capitur euertit eam.

Iustè iudicando imperia constabiliuntur.

5 Qui adsentatur proximo, infidiatur ei,

Irretitur peccato suo malus.

6 Iustus autem gloriabitur, & gaudebit.

Cognoscit iustus pauperum causas,

Impius non aduertit animum ad dijudicandum.

Impij principes contemnunt ius.

Subfannatores ciuitati exitio sunt,

7 At sapientes inde pœnam auertunt.

Pij placant Deum rebus publicis, sicut adparet in Nahaman.

8 Si sapiens litigarit cum stulto, siue irascatur, siue rideat, placari stultus non potest.

Imperito homine nihil iniustius.

9 Viri sanguinarij oderunt probum,

Rectis autem vita eius curæ est.

10 Totum spiritum suum effundit stultus.

At

SALOMONIS.

- At sapiens tandem cohibet se. 11
 Si princeps delectetur mendacio,
 Impios tantum ministros habet.
Qualis princeps, tales conuictores.
 Pauperem fœnerator obuium habet. 12
 Deus vtriusq; animum moderatur.
Nō potest fœnerator seruire, nisi permittat Deus.
 Sedes regis qui verè iudicat pauperes, 13
 perpetuo fortunata erit.
 Virga & obiurgatio adfert sapientiam, *Præcipit*
 At puer qui non cohercetur, pude fa- *παῖδα*
 cit matrem suam. *γαστρίαν.*
 Cùm florent impij, scelera multa fiūt, 14
 Sed spectantibus iustis ruent. 15
 Si castigaueris filium, iucundus erit ti- 16
 bi, & adfert animæ tuæ delicias. 17
 Cùm deest prophetia, perit populus:
 & qui legem custodiunt, benè habebunt.
Si verbum Dei non doceatur, necesse est malè
habere res humanas.
 Serui non emendantur verbis. 18
 Nā tametsi intelligunt, contēnunt tamē. 19
Impij contemnunt verbum Dei.
 Melius de stulto speres, quàm de ho- *σπεύετε*
 mine præcipite. *εργασθε*
 Si à puero seruus delicatè tractatus fue- 20
 rit, dominari postea volet.
Res secunda dementant incautos.

F

Ira-

P R O V E R B I A

21 Iracundus homo lites excitat, & sæpè
peccat.

22 Superbia deijcit hominem,
At humilis animus potietur gloria.
Deus superbis resistit, humilibus aut dat gratiam.

23 *Leuit. 5.* Vitam suam odit, quisquis furis socius
est.
Periurium audiet, nec indicabit,

24 Qui timet homines, ruet.
Qui fidit Deo, subleuabitur.

25 Multi principis faciem ambiunt,
At à Domino iudicium cuiusvis profi-
ciscitur.

*Principem tibi Deus placat, officijs tuis
frustra nitaris.*

26 Abominantur iusti iniquos,
Et abominatur impius rectam viam.

FINIS.

CAPVT XXX.

*Adparet has sententias ab alijs quibusdam Salo-
monis libello additas esse.*

Sermo Augur filij Iake.

HAEC SVNT PRAECEPTA QVAE
tradiderunt Lithiel, Lethiel
& Ichai.

STultissimus sum hominũ, nec est pe-
nes me intelligẽtia, nec didici sapiẽti-
am,

SALOMONIS.

am, ne sanctorū scientiam cognoui. Quis ascendit in cœlum ac descendit? Quis cōprehendit ventos manu sua? Quis cōclufit aquas in vestem suam? Quis fundavit fines terræ? Quod nomen est illi? Quod nomen est filio illius? noſtin?

Omnis sermo Dei purgatus est, & clypeus ijs qui fidunt eo. Ne addas sermonibus eius, ne te obiurget, tuq; mendax deprehendaris.

I
Præconi-
um verbū
Dei.

Duo abs te rogavi, quæ antequam moriar quæſo largiari: procul à me amoue vanitatem & mēdaciū: Inopiam & diuitias ne dederis mihi: Demensum meū suppedita mihi: ne vbi satur fuero, mentiar, ac dicam, quis est Deus: ne ve per inopiam furtum committam, & polluam nomen Dei mei.

2

Ne accuses seruum apud herum suum, ne tibi conuitium facias ac pœnas des.

3

Hoc genus patri conuitium facit, nec benedicit matri.

4

Hypocrisim generis humani taxat.

Hoc genus videtur sibi mundum esse, & tamen sordes suas non eluit.

5

Hoc genus attollit oculos suos, & palpebras suas eleuat.

6

Huius generis dentes, tanquam gladij sunt,

7

F 2 sunt,

P R O V E R B I A

sunt, & tanquã enses molares sunt, vt de-
uorent humiles, & inopes è medio aufe-
rant. Huic sanguisugæ multæ sunt aliæ
quæ clamant, Age, Age.

8 Tria hæc non saturantur, item quartũ,
inexplebile est.

9 Infernus. Vulua. Terra arefacta.
Ignis postremò inexplebilis est.

incipit co
arentes. Oculum qui patrem fastidit, & matris
imperium contemnit, corui iuxta flumẽ
effodient, & vorabunt aquilæ.

10 Tria hæc ignoro, minimè verò quar-
tum teneo.

Viam aquilæ in aère,

Viam serpentis super petram.

Nauis iter in flumine.

Et viam hominis erga adulescentulam.

Talis est & adulteræ via, quæ vbi perdi-
derit virum, os tergit, & negat se malum
fecisse.

11 Tria perturbant terram, quartũ pror-
sus ferre non potest.

Si seruus imperet.

Si stultus satur fuerit.

Si morosa nupserit.

Si ancilla fuerit hæres dominæ facta.

12 Quatuor minuta sunt in terra, quæ
prudentia etiam vincunt sapientes.

Formi-

SALOMONIS.

Formicæ imbecille genus, & tamen in messe cibum sibi parant.

Cuniculi infirmum genus, qui in rupibus habitant.

Locustæ, quæ quanquam non habeant Regem, tamen agminatim prodeunt.

At homines Magistratibus etiã parere detrectant.

Araneus telam textit, & habitat in Regum aulis.

Tria hæc probè ingrediuntur, quartũ item bellè incedit.

13

Leo valida bestia, nec refugit vllam beluam.

Canis venaticus firmis lūbis præditus Aries & Rex, cui resisti non potest,

Cùm per stultitiam effers te, & moliris malum, comprime manu os.

Nam si lac crebrius tundas, butyrum fiet.

Si emunxeris nares, vehementius sanguinem elicies.

Ita & acerbius irasci, lites excitat.

CAPVT XXXI.

Sermo Lamuelis regis.

HAEC SVNT PRAECEPTA

quæ docuit eum mater.

QVæso te fili vteri mei, fili exoptatissimè, ne da mulieribus opes tuas,

F 3

as,

PROVERBIA

as, & vias tuas, perdunt enim Reges.

Ne Regibus & principibus vinum des,
aut ficeram, ne poti obliuiscantur iuris,
& de humilibus prauè iudicent.

Date ficeram adflctis, & vinum mœ-
stis, vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & æ-
rumnarum.

2 Patrocinare mutis in iudicio, & omni-
bus orphanis patrocinare, iudica & ab-
iectum, & inopem vindica.

3 Probam mulierem quis inueniet? ea
præstat gemmis.

4 Confidit in ea cor mariti, & res fami-
liaris non deficiet.

5 Reddet ei bonum, & non malum per-
petuò.

6 Tractat lanam & linum, & voluptati ei
est officium suum facere.

7 Perinde est atq; nauis mercatoris, ex
longinquo adferens panem suum.

8 Noctu surgit & parat familiæ cibum,
& ancillis demensum.

9 Considerat agrum, ac emit, & vineam
suo labore plantat.

10 Accingit lumbos adcuratè, & corro-
borat brachia sua.

11 Sentit quàm bona sit negociatio sua,
nec noctu extinguetur lucerna eius.

Manum

SALOMONIS.

- Manum suam admouet ad colum, & tractat fusum. 12
- Manum pauperibus obfert, & porrigit inopi. 13
- Non metuit domui suæ à frigore, Nam vniuersa familia vestit duplicibus. 14
- Ornamenta facit sibi, Byssò & purpura vestit. 15
- Conspicius est in porta maritus eius, vbi sedet cum senioribus regionis. 16
- Tunicas parat & vendit, & cingulum dat mercatori. 17
- Fortitudo & decus vestit eam, & gaudebit etiam in posterum. 18
- Os aperit sapienter, & suauitas in lingua eius est. 19
- Speculatur statum domus suæ, nec edit cum ignauia panem. 20
- Surgent eius liberi & prædicabunt eam, Maritus item laudabit eam. 21
- Multæ filiaë pararunt opes, tu superas omnes. 22
- Fallax venustas est & vana est forma, Mulier timens Dei laudabitur. 23
- Date ei de laboribus suis, & prædicent eam in portis facta eius. 24

FINIS.

F 4

LECTO.

LECTORI S.

CVM aliquot hîc vacarent paginae,
Candide Lector, non ingratum tibi fore credidimus, si Elenchum totius operis Prouerbiorum Salomonis, à reuerendo (piæ memoriæ) viro D. Martino Luthero rhythmis Germanicis conscriptum, & senarijs versibus Latina ciuitate donatum à Gaspare Bruschio,

Qui iuuenis meruit Lauri gestare coronam,
subiungeremus. Cùm enim inprimis elegans sit, & breuitate sua iucundissimus, etiam huic instituto nostro non incongruus videbatur. Tu consilium hoc nostrum æqui boniq; facias, quaeso: & hunc præclarum Salomonis librum

Nocturna versato manu, versato diurna.

Deus Optimus Maximus,

A quo tibi merces laboris debita,

Studijq; premium tui præstabitur,

cunctas actiones conatusq; tuos, ad diuini nominis sui gloriam illustrandam, susceptos, omnipotenti fauore suo prosperare dignetur. Vale.



Kurzes Summarium

uber die Spruch Salomonis

D. M. Luth.

Hüt dich/hüt dich mein liebes kind/
Gar viel der bösen Buben sind/
Die leben wie ein Sauw vnd Kind/
Vnd bleiben in den Sünden blind/
Doch bald sie Gottes straffe find/
Vnd machet sie des Teuffels gfind.
Hüt dich für ihn/vnd folg ihn nicht/
Gedenck an Gott der alles sicht/
Auch alles strafft was böses gschicht/
Fürwar nicht scherzet sein Gericht/
Wie vns die heilig Schrifft vergicht.
Ob gleich ein Bub im selber ticht/
Es hab noch lang mit jm kein not/
Vnd fraget nichts nach Gottes gebott/
Helt auch der Eltern wort für spott/
Mein Aug der viel gesehen hot/
Den es ist worden all zu spot/
Vbereilt daß sie hat der Todt.
Darumb mein Kind vnd lieber Son/

F 5

Hör

Hör zu dem König Salomon/
Der gibt dir viel der Lehren schon/
Die Gott gefellt im Himmels thron/
Und dir wirt geben reichen lohn/
Wenn du mit fleiß diß hast gethon.

BREVE SVMMARIVM ET
Elenchus totius operis Prouerbi-
orum Salomonis, à Gaspare
Bruschio, Poëta laureato,
Latina ciuitate do-
nati.

CAue, caueo diligenter mi puer,
Ab improbis & vuidis sodalibus:
Qui plurimi sunt hoc lugubri tempore,
Quique vt sues in omni turpitudine
Impuritate, sordibusq; victitant,
Et omnibus sese malis contaminant.
Quos vindicis vorabit ira mox Dei,
Sataneq; filios, trucidq; Tartari
Statuet perennes incolas. Igitur caue.
Et abstine à tali impio consortio.
Deum nihil prorsus latere cogita:
Is non iocatur, at seuerè vlciscitur,
Infligit impijsq; non pœnas leues.

Testatur

Testa
Quod
Setis
Vale
Nec
Con
Hun
Inop
Tu v
Aud
Salom
Deo
Vita

PR
siu
D

I
qu
cen
gru
con

*Testatur vt sacra copiosè pagina.
Quòd si quis assentatur ipse sic sibi:
Setis est adhuc spacij, redire vt in viam
Valeam semel: non sic seuerè irascitur,
Nec tam citò approperebit ad pœnam Deus:
Contemnit & sic & parentes & Deum.
Hunc neutiquam sequere, aut velut pestem fuge:
Inopina namq; mors vorabit eum breui,
Tu verò mi fili & puer charissime,
Audi libenter hunc Prophetam & Principem
Salomona, te vitam docebit is optimam,
Deo parenti quæ placebit, & tibi
Vita asseret beatæ præmium optimum.*

PRAECONIUM PROVERBIORVM
*sive Sententiarum Salomonis, reuerendi viri
D. Philippi Melanthonis, in præfatione
quadam ad Illustrissimum Principem
ac Dominum, Dominum Ioannem
Albertum, Ducem Megalbur-
gensem, &c.*

DE ipsis sententijs (Salomonis) non
aliud præconium addam, nisi hoc,
quod præcipuum est: Hæc oracula vo-
cem esse Spiritus sancti in Ecclesia, & con-
gruere cum Lege Dei & Euangelio, &
continere admonitiones utilissimas de
plu-

plurimis vitæ officijs & periculis. Quare
& quotidie legenda sunt omnibus æta-
tibus. Subinde enim iuniores & grandi-
ores plura ex hac lectione discēt. Et bonis
ac studiosis considerantibus quò referen-
dæ sint hæ grauißimæ admonitiones, sub
inde hæc sapientia erit doctior. Sed cur
ego mea oratione inuitare lectores co-
nor? Inuitat eos liber ipse, non voce Salo-
monis tantum, quod etiam sæpè fit, sed
etiam voce diuina, cum inquit: O viri, ad
vos clamito, & vox mea ad filios hominū.
Audite. Ab æterno ordinata sum, ante-
quam cœlum, terra, abyssi conderentur.
Et ad fui architectatrix. Ludo in orbe ter-
ræ, & deliciae meæ sunt, hominum saluti
consulere. Beati qui vias meas custodiūt.
Sic diuina sapientia in hoc ipso libro o-
mnes homines inuitat. Hac tanta autori-
tate si qui non mouentur, duriores sunt
omnibus in Caucaſo scopulis. Præcipuè
verò nostri officij est, in Scholis ad suefa-
cere ad hanc lectionem iuniores, &c.

GREGORII THEOLOGI SENTEN-
tia singula singulis versibus senarijs Iambicis
inclusa, ordine literarum exposita.

A Numi-

A N
B e
C o
D u
E s
F a
G r
H a
I m
L u
M a
N o
O c
P a
Q u
R e
S a
T u
V i
Z
Φ
X
Ψ
Ω
FR

- A** Numine incipe omnia & desine Dei.
B enè acta vita est, si benè vixeris indies.
C ognosce quid bonum sit, & complectere.
D urum est egere, deterior mala copia.
E sse in beneficijs stude imitator Dei.
F ac sis benignus, si Deum esse vis tibi.
G rauiter prematur, ne molesta sit caro.
H abenæ animo adaptentur, vt possit regi.
I nsistat oculus, linguam amussis dirigat.
L ucerna vita sermo sit semper tua.
M alum est, vbi pro vero opinio valet.
N ouisse rectè est multa, facere quæ decet.
O ccurrat horror maris vbi est serenitas.
P ar mente grata est accipere quod dat Deus.
Q uære auribus clauem, inq̄, risu sit pudor.
R es pœna iusti præmio est melior mali.
S apientis ades ingredi, non diuitis.
T unc parua non sunt parua, cū multū afferunt.
V im fugito contumelia, & sapiens eris.
Z Vt hospes in terra ipse peregrinos ama.
Ⓞ Te respice ipsum, ne alterum derideas.
X Inuidia grata est alteri, turpis sibi.
Ⓜ Animi sacrificium Deo gratissimum est.
Ω Omnis secutus ista, conseruabitur.

FRANCOFORTI AD MOENVM,
 Apud Hær. Chri. Egen.
 M. D. LXXIX.


A
 B
 C
 D
 E
 F
 G
 H
 I
 K
 L
 M
 N
 O
 P
 Q
 R
 S
 T
 V
 W
 X
 Y
 Z


FRANCISCO DE MONTMAYNE
 ABBATE S. MARTINI
 M. D. LXXIX





Handwritten text in a vertical column on the left edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is difficult to decipher but appears to be a list or index of entries.















Fd 4452^t

X 2006030



728.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

PROVERBIA
SIVE SENTENTIAE SAPIENTISSIMI
MORTALIVM SALOMONIS,
è veritate Hebraica, fide & religione
summa, in Latinum, per **Philip-**
pum Melanthonem,
translatæ.



FRANCOFORTI.
Anno M. D. LXXIX.

3

Salomo
Chiron

Ed
4453?

